Media via incedit RIVINUS *Diſſertat. peculiari de Teſtamento per Procuratorem Judici oblato.*

§. 2.

LAUTERBACH (*f*) occaſione quæſtionis dubiæ, an Teſtamentum Principi per Procuratorem offerri poſſit, ad Praxin Cameralem provocat, quod in hoc Supremo Imperii Tribunali Inſinuatio Teſtamenti per Procuratorem fieri poſſit.

Enim verò apertè confundit Teſtamentum Principi oblatum cum judiciali. Ab illo ad hoc non valet conſequentia. Principis authoritas quidem Solennitates omnes ſupplet, omnemque ſuſpicionem tollit. Judiciorum verò Jura limitata ſunt; diver-

(*a*) *in Cod. Lib. 6. Tit. 5. Deciſ. 20. num. 4.*
(*b*) *Part. 3. Conſtitut. 3. Definit. 23. num. 1. ſeqq.*
(*c*) *Part. 3. Concluſ. 4. num. 28. ſeq.*
(*d*) *Oeconom. Jur. Lib. 2. Tit. 4. theſ. 2. num. 2.*
(*e*) *Quæſt. 23. num. 4. 5.*
(*f*) *in Colleg. Theoret. Pract. Lib. 28. Tit. 1. §. 45.*

diverſaque adeo obtinet ratio. Eam ob rem Teſtamentum ſoli Principi, Conſiliariis ejusdem remotis, oblatum valet (*g*).

Si verò ejus Dicaſterio ordinario aut Cameræ Juſtitiæ inſinuatum, Præſes talis Dicaſterii hoc ſolus non recipiet, niſi vel aliquem ex Aſſeſſoribus, vel Secretarium præſentem habeat (*h*).

Porrò ad Teſtamenti per preces Principi oblati perfectionem, non requiritur Reſcriptum Principis aut annotatio, ſed ſola ſufficit receptio (*i*). Nec neceſſe eſt, ut Princeps Teſtamentum oblatum & acceptatum ſcriniis ſuis inferat, ſeu Cancellariæ vel Archivo cuſtodiendum committat, ſed ſufficit ſi Princeps illud in Conclavi ſuo retineat, vel Literis ſuis privatis jungat (*k*). Quæ ſecus ſe habent quoad Teſtamentum Judiciale (*l*).

Mirandum igitur non eſt, cur FR. CAROL. CONRADI *in eleganti Diſſertat. de Teſtamento publico, quod fit apud Acta* §. *18.* ad Teſtamentum Principi offerendum admittat Procuratorem, eundem vero à Teſtamento Actis inſinuando removeat.

Jam verò Cameræ Imperialis Judicium, quamvis Supremum ſit, Principi tamen æquiparari nequit, ceu adſtrictum ad obſervantiam Juris communis ejusque Solennitatum, limitatam eapropter habens poteſtatem. Proindeque authoritas ejus tanta non eſt ac Principis: cum alias etiam veniam ætatis æque ac ille concedere poſſet.

Minimè igitur Teſtamentum ei inſinuatum, pro Principi oblato, ſed Judiciali habendum eſt: quo caſu LAUTERBACHIUS ipſe de Jure communi, Judicio Teſtamentum per Procuratorem validè non offerri, fatetur *loco citato.* §. *48.*

§. 3.

Principia hæc confirmat caſus notabilis, cum **Frantz Carl von Thüngen** Teſtamentum ſuum holographum clauſum, per Advocatum ſuum *Lt. Bartholdt*, ſufficienti mandato inſtructum, in Camera Imperiali, mediantibus Litteris ad eandem exaratis, ad

(*g*) STRYCK. *de Cautel. Teſtament. cap.* 7. §. 12. BERGER. *Part.* 2. *Supplem. ad E. D. F. pag.* 1743.

(*h*) IDEM *citat. loc.* §. 5.

(*i*) IDEM *dict. cap.* 7. §. 19.

(*k*) TABOR *de Teſtam. Princip. oblat. cap.* 6. §. 9. STRYCK. *dict. loc.* §. 10.

(*l*) IDEM §. 41.

ad deponendum offerret. Diſſenſus deſuper haud parvus in Pleno ortus, an fieri poſſit oblatio Teſtamenti, quod Solennitatibus deſtituitur, per tertium, ita ut tanquam Teſtamentum Principi oblatum ſubſiſteret? Pro affirmativa allegabatur authoritas Judicii hujus Principali æquipollens, & tanta, ut, quemadmodum omnem ſuſpicionem, ita & omnes Solennitates tolleret, eoque magis, quod nulla Lex Imperialis præcisè prohiberet, ne per tertium oblatio fieret.

Negativæ rationes erant, quod Camera limitatam habeat poteſtatem, obligataque ſit ad obſervationem Solennitatum Juris communis.

Tandem concluſum d. 18. May 1694.: **Daß das** Teſtamentum per Tertium oblatum, **wann der Herr** Teſtator **immittels mit Tod abgehen ſollte**, quoad Solennitates **vor gültig ſolle angenommen ſeyn. Wann aber der** Teſtator **wieder ſollte zu voriger Geſundheit gelangen, ſo müſſe ſolches durch ihn** in Perſona, id eſt per præſentiam confirmiret **werden, und ſolle deßwegen ihme ein Schein aus der Leſerey gefolget werden.**

Quo ipſo igitur principium ſtabilitum, quod ad Teſtamentum Cameræ Imperiali oblatum, nullis verò Solennitatibus munitum, Teſtatoris præſentia requiratur, niſi morte præventus & impeditus fuerit, quo minus præſens eſſe potuerit.

Argumenta quibus ſuprà laudatus SPISIUS, STRYCKII ſententiam ex inſtituto oppugnatum ivit, illud firmiſſimè ſuffulciunt, etſi quoque Teſtamentum Cameræ Imperiali oblatum, Principi oblato æquipararetur.

§. 4.

Eamque ob cauſam ſi in loco Judicii Teſtator vel Teſtatrix in ipſo Judicio comparere nequeunt, duo Aſſeſſores cum Protonotario deputantur, ut in ædibus vel Teſtatoris vel Domini Judicis Teſtamentum in perſona à Teſtatore recipiant, prout prius in Teſtamento Uxoris Domini ab V. natæ W. ad Supplicam à Procuratore ſubſcriptam & exhibitam, poſterius in Teſtamento Uxoris Medici Cameralis Domini H. nuper adhuc obſervatum.

Quod confirmat neceſſitatem præſentiæ Teſtatoris à STRYCKIO impugnatam, uti rectè judicat ſuprà laudatus SPISIUS *citat. loc. §. XVI.*

§. 5.

Si verò præſentia Teſtatoris vel Teſtatricis ad Teſtamentum Judiciale adeò neceſſaria, ceu in ſuperioribus evictum; evidentiſſimè ſequitur, quod, quando Teſtamentum prævia Supplicatione Procuratoris, ſpeciali etſi Mandato inſtructi, ad depoſitum recipitur, illud nondum tanquam Teſtamentum Judiciale valeat, ſed inter hoc & Teſtamentum per Procuratorem in Judicio depoſitum, ſive depoſitionem & inſinuationem Teſtamenti maxima differentia, indeque neceſſe ſit, ut Solennia Juris in Teſtamento condendo jam antea obſervata ſint, vel Teſtamentum ceu Privilegiatum ſubſiſtat, niſi impugnationibus exponatur. Sique adeò nudè pro repoſitione Teſtamenti adjecti à Procuratore ſupplicatur, eaque repoſitio decernitur, vadimonium de ejus effectu non præſtarem.

Hinc cum STRYCKIUS *citato loco, ex Libro Formularum* MARCULFI, exemplum Teſtamenti per Mandatarium Actis inſinuati adduceret, quod demonſtraret, Praxin ſuperiorum Seculorum omninò oblationem per Mandatarium admiſiſſe, rectè in Formalia illius Teſtamenti inquiſivit *ſuprà citatus* CONRADI, oſtenditque, Teſtamentum illud anteà ritè confectum, & à Teſtatore cum Teſtibus conſcriptum fuiſſe.

§. 6.

Negandum tamen non eſt, Repoſitionem iſtam ſæpius periculo petentis in Camera Imperiali decretam fuiſſe. Ita enim in Cauſa Teſtamenti Quernheimenſis, cujus involucro erat inſcriptum:

Hierin iſt mein Teſtament und letzter Wille befindlich, und nachdem ich vor nöthig befinde, mehrerer Sicherheit halben, ſolches bey einem Kayſerlichen Cammer-Gericht zu Wetzlar zu hinterlegen, meiner dermaligen Indiſpoſition halben aber ſolches ſelbſten nicht verrichten kan; Als erſuche und bevollmächtige hiermit Herrn Lt. Wiederholdt, ſolches in meinem Nahmen beſtens zu bewerckſtelligen. Urkundlich meiner eigenhändigen Unterſchrifft und vorgedruckten Pettſchaffts. So geſchehen Langendernbach den 10. Aprilis 1739.

(*S.*) S. E. von Quernheim.

Procurator W. exhibebat unterthänigſte Præſentation inliegend verſchloſſenen Teſtaments und Bitte, nemlich bemeldtes Teſta-

Teſtament nicht nur in Verwahrung zu nehmen, ſondern ihme auch über deſſen beſchehene Hinterlegung einen Schein ertheilen zu laſſen;

Decretumque: Solle invermeldtes Teſtament in der Leſerey verwahrlich aufbehalten, und Supplicanten der gebettene Schein verabfolget werden. In Conſilio 12. Junii 1739.

§. 7.

Præſtat autem periculum iſtud petentis avertere, quo Voluntates ultimæ, quarum magnus in Jure Favor eſt, exitum ſortiantur.

Fieri id ſolet mediante *Loquatur*, ſicut in cauſa von Riedeſel zu Eyſenbach, Teſtamentum betreffend, ad Supplicam pro acceptatione Inſinuationis Teſtamenti, pariter ac Codicilli intus allegati, deſuperque concedendo Documento, factum: wie man nemlich dieſe Inſinuationem Teſtamenti holographi per Procuratorem factam vor ziemlich bedencklich auch der Parthey ſelbſten vor gefährlich, und daher am beſten zu ſeyn davor hielte, wann der Teſtator förderſamſt dieſes ſein Teſtamentum holographum auf ein- oder andere Rechts-beſtändige Arth vorerſt ſelbſten ſolenniſſirte; ſo fort hoc facto dieſes Teſtamentum allein ad deponendum in Camera übergeben lieſſe.

Mutato dein petito ſuprà dictæ Supplicæ, ſcilicet pro acceptatione ad depoſitum Teſtamenti pariter ac Codicilli intus allegati deſuperque concedendo Documento, cum Teſtamentum holographum obſervatis Solennitatibus Juris conditum ſit, nec tam Inſinuatio, quam Depoſitio petatur,

Decretum: Iſt Supplicantens Begehren zugelaſſen.

§. 8.

Sæpius quoque dictum Periculum mediante Decreto Prælocutorio avertitur, velut noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern woferne Supplicant, ob [ſeine Frau Principalin] ein Teſtamentum Judiciale ad Acta errichten wolle, oder das jetzt præſentirte Teſtamentum qua ſolenne ſchon vorhin in ſeiner gebührenden Vollkommenheit allbereits ſtehe, und dahier nur in Verwahr genommen zu werden verlange, ſich deutlicher erklären wird, ſoll ferner ergehen was recht iſt.

Quale datum d. 5. Auguſti 1743. ad Supplicam pro ſuſcipiendo Teſtamento ad Acta, deſuperque impertiendo Documento

ſub Sigillo Cæſareo Lt. D. Anwalds Frauen Iſabellen Charlotten, verwittibter Fürſtin zu Naſſau-Dillenburg.

Involucro Teſtamenti inſcriptum erat: Teſtamentariſche letzten Willens-Diſpoſition: Wie Wir es nach Unſerm in GOttes Händen ſtehenden Abſterben gehalten haben wollen. Dillenburg den 10ten May 1743. Iſabelle Charlotte, Fürſtin zu Naſſau, Wittib.

Exhibebat proin Lt. D. unterthänigſte Folgleiſtung ad Decretum vom 5ten hujus, mit Bitte, pro nunc ſuſcipiendo Teſtamento ad Acta, ſeu ad Cuſtodiam, deſuperque impertiendo Documento ſub Sigillo Cæſareo; Tenoris:

Demnach Euer Hochgräfliche Excellentz auf die unterm 31ten Julii a. c. exhibirte, mit denen Beylagen, nemlich der Special-Vollmacht, und dem Original-verſchloſſenen Teſtamento zurückgehende Supplication pro - - unterm 5ten currentis dahin zu decretiren gnädigſt geruhet - - - So muß Anwald zu unterthänigſter Befolgung dieſes gnädigſten Decreti hierdurch unterthänigſt anzeigen, wie er von ſeiner Durchlauchtigſten Frau Principalin, bey unterthänigſt abgeſtatteter mündlichen Relation über obig-gnädigſtes Decretum, und deßwegen beſchehene Anfrag, nicht nur die mündliche- ſondern auch beſag des Anſchluſſes ſub Lit. C. die ſchriftliche Reſolution dahin erhalten, daß da ſie das præſentirte Teſtamentum coram Notario & Septem Teſtibus errichtet habe, und an denen erforderlichen Solennitäten nichts ermangle, ſolches bereits als ein ſolenne Teſtamentum in ſeiner Vollkommenheit beſtehe, und Anwalds Frau Principalin nur gemeynet ſeyen, ſolches bey dieſem Hochpreißlichen Kayſerlichen und Reichs Cammer-Gericht in Verwahr geben zu laſſen, damit ſolches deſto kräfftig- und beſſer befolget, auch nach Dero tödlichen Hintritt förderſamſt publiciret werde: zumalen als eines theils die Durchlauchtigſte Diſponentin zu eben dem Ende dieſes Höchſte Gericht pro Executore erſucht und ernennet, andern theils ſie wegen Dero Beyſetzung eines und das andere darinnen hätten verordnet. Es hat alſo Anwald in Gefolg des gnädigſten Decreti und obiger Reſolution unterthänigſt anzeigen ſollen, mit unterthänigſter Bitte, Euer Hochgräfliche Excellentz geruhen nunmehr gnädigſt, das præſentirte Teſtamentum unter voriger Reſervation ad Acta und in Verwahr zu nehmen, und die nöthige

thige Urkund darüber ertheilen, auch über deſſen Inhalt und jetziges Begehren, nach erfolgtem Abſterben der Durchlauchtigſten Frau Teſtatricin, und erfolgendes unterthänigſtes Anruffen, die forderſamſte Apertur und Publication geſchehen und feſt halten zu laſſen. Hierüber ꝛc.

Ad quam Supplicam Decret. Iſt das Fürſtliche Teſtament bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht in Verwahrung angenommen, und darüber gewöhnliche Urkund ertheilet. In Conſilio 14. Septembris 1743.

Idem modus ſervatus in cauſa Carl Frantz Wilhelm von Kametzky, Teſtamentum betreffend, in qua ad idem Decretum prælocutorium exhibita unterthänigſte Folgleiſtung, mit wiederholter Bitte wie vorhin, Tenoris:

Zur ſchuldigſt unterthänigſten Befolgung des ſub heſterno gnädigſt ertheilten Prælocutorii, hat Anwald hierdurch erklären ſollen, daß ſein Herr Principalis das Teſtamentum ihme mit der Inſtruction zugefertiget habe, um daſſelbe bey dieſem Höchſten Gericht ad Acta nur verwahrlich niederzulegen, weilen ſolches, als ein Teſtamentum Parentum inter Liberos privilegiatum, ohnehin abſque omnibus Solennitatibus fundbaren Rechten nach beſtehet, und die demſelben zumal von dem Herrn Teſtatore eigenhändig aufgeſchriebene Worte: Hierinnen befindet ſich mein Teſtament ſub dato Ruckingen den 28. Octobris 1754. vollends zeigen, daß er daſſelbe, als in ſeiner gebührenden Rechts-Krafft und Vollkommenheit vorhin ſchon beſtehend, angeſehen habe, mit der an Euer Hochfürſtlichen Durchlaucht gereichenden erholten unterthänigſten Bitte, dem vorigen Petito ſolchemnach gnädigſt zu deferiren. Deſuper &c. &c.

§. 9.

Ad ambages igitur præſcindendas tutioremque viam eligendam, cautius agit Procurator, ſi prævia inquiſitione in ſubſtantialia & ſolennia Teſtamenti deponendi, in prima ſtatim Supplica declarat, quod Teſtamentum in ſua legalitate & forma jamdum ſubſiſtat, nilque niſi depoſitio petatur, adeoque à verbis abſtrahit, quæ rem plane ancipitem & incertam reddunt v. gr. Inſinuationem fieri beſſern Anſehens und Erlangung aller Rechts-Krafft halber: Siquidem nuda depoſitio nehilum ponderis, authoritatis vel legalitatis Teſtamentis tribuit, & iſtius-

iſtiusmodi verba formam Teſtamenti Judicialis indigitant, ad quod autem cujuslibet Teſtatoris requiritur præſentia, ſive oblatio propria, per *ſuperius deducta. §. 3. 4.*

§. 10.

Quanta ècontrario ſit authoritas vel legalitas, quam Inſinuatio Teſtamentis tribuit, quave à depoſitione ſeſe diſtinguit, vel maximè inde apparet, quod in nuncupativo myſtica Hæredem nominandi ratio locum habeat: cum alias Teſtamentum nuncupativum myſticam ſive implicitam Hæredis Inſtitutionem, quæ per relationem ad Schedulam certam fit, omninò reſpuat, juxta ea, quæ latiùs deduxit SCHAUMBURG *in Diſſertat. de Teſtam. nuncupativ.* Inſinuatio nempe Judicialis Teſtamentum hoc à privato, quod fide privata ſuſtinetur, valdè diſtinguit. *Securus erit*, ajunt Imperatores, *Honor. & Theodoſ. L. 19. Cod. de Teſtam. qui Actis cujuscunque Judicis, aut Municipum, aut auribus privatorum mentis ſuæ poſtremum publicavit Judicium.* At verò Actis quoque idem publicatur, ſi iisdem inſinuatur Scheda poſtremum mentis Judicium continens, ſive clauſa ſive aperta, modo diſertis declaretur verbis, eandem Judicium iſtud continere.

Fides namque publica, qua iſtiusmodi Teſtamentum ſuſtinetur, non requirit, ut ipſum poſtremum Judicium auribus Judicis publicetur. Quam ob rem ipſa Lex quoque inter aures privatorum & Judicis diſtinguit, & quoad hunc Actorum tantum injicit mentionem. Atque ſic pronunciavit *Facultas Jurid. Marpurg. Menſe Decembris 1741.* in Sachen W. contra B. daß das von Beklagtens Frauen gerichtlich errichtete Teſtamentum nach allen ſeinen Puncten und Clauſuln für gültig zu erachten: mithin derſelbe von angeſtellter Klage lediglich zu entbinden. *Verb. Rat. Decidend.* Klägere deſideriren am Teſtamento Judiciali quæſtionis vornemlich, daß

1.) Der Inhalt deſſelben dem Protocollo nicht verbotenus, wie er lautet, einverleibet worden, wie doch, ut evitetur Falſitatis & Fraudis Suſpicio, nöthig,

2.) Das Teſtamentum implicitum ſeye, dergleichen kein nuncupativum ſcheine ſeyn zu können, da der Erbe überlaut zu nennen,

*L. 21. ff. de his qui Teſtam. facere poſſ. L. 19. Cod. de Teſtam.* MÜLLER. *ad* STRUV. *Exercitat. 33. theſ. 8. Lit. G.*

*Lit. G.* STRYCK. *in Cautel. Teſtam. cap. 16. §. 24. 25.* BERGER. *Oeconom. Jur. Lib. 2. Tit. 4. §. 4. num. 6.* Ordnung *Maximiliani I. de Anno 1512. Tit. de Teſtamentis* §. Aber die *Form &c.*

3.) Kein Actuarius, ſondern bloß zwey Scabini, als Deputati zugegen geweſen, wie doch erforderlich wäre.

WERNHER. *Part. 3. Obſervat. 189.*

4.) Die Schedula weder ſelbſt von der Teſtatrice geſchrieben, noch unterſchrieben.

5.) Die gantze Veranlaſſung zum Teſtament à doloſis Perſuaſionibus des Beklagten, als Mariti, herkomme, gleich ſolches inſonderheit

6.) Die darinnen ausgewürckte Subſtitutio Pupillaris, und ihm von der Mutter übertragene Education der Stieff-Kinder, klar ausweiſen.

Jedennoch aber und dieweilen offenbar, daß Teſtatrix ein Teſtamentum nuncupativum errichten wollen, wie ſolches die Worte:

Welche ich ſtatt Mündlichen Vortrags übergebe, und es aus der Urſache verzeichnen laſſen, weil alles vorzutragen mich zu ſchwach befinde.

klar anzeigen;

Und aber

2.) Bekandt, daß zu einem Teſtamento nuncupativo keine Scriptur erfordert wird, ſondern genug iſt, falls es ein Teſtamentum Judiciale ſeyn ſolle, daß Teſtator in ædibus ſuis coram duobus Scabinis oder Deputatis Judicii ſeinen Willen dergeſtallt declariret hat, daß ſie ihn deutlich vernehmen, und auf ihren Eyd davon Ausſage thun können, hierzu aber nicht nothwendig erfordert wird, daß er ihn ſelbſt mit Worten ausdrucke, ſondern dem æquipolliret, wenn er ihn um beſſerer Ordnung und des Gedächtnüß willen aufſchreiben, und ſich von denen zweyen Deputatis vorleſen laſſen, ſo fort beſtärcket, daß dieſes ſein letzter Wille ſeye.

conf. SCHILTER. *Exercitat. 38. in Additament. ad §. 6. pag. 195. ſeqq.*

Unde etiam amiſſa licet Schedula Teſtamenti Judicialis obſignata, validum nihilominùs illud erit, quatenus Scabini Tenorem perceperunt, deque Voluntate Teſtatoris deponere poſſunt.

CARPZOV. *Part. 3. Conſtitut. 3. Definit. 29.*

Auch

Auch dawider all obiges nichts releviret, denn

Ad 1mum.) da kein Protocoll nothwendig erfordert wird, ſondern genug iſt, wenn zwey Scabini oder Deputati Judicii auf ihren Eyd deponiren können, wie Voluntas ultima Teſtatricis gelautet, ſo kan auch dem Teſtament nicht ſchaden, wenn gleich Schedæ Teſtamentariæ Tenor dem Protocollo nicht verbotenus inſeriret worden, und falls auch ein Protocoll vor nöthig erachtet werden mögte, jedennoch genug wäre, daß ſolches generaliter mit Beziehung auf die Schedam darüber errichtet worden.

Ad 2dum.) Das gegenwärtige Teſtamentum nuncupativum pro implicito nicht zu halten, da die Scheda offen übergeben, und deren Inhalt vorgeleſen worden, obwohlen ein Teſtamentum nuncupativum implicitum nicht zu verwerffen, inmaßen in angezogenem Lege die Worte, Hæredes palam nuncupandi ſunt, nicht erfordern, daß man ihn dergeſtallt nenne oder beſchreibe, daß ihn die Zeugen ſogleich wiſſen, ſondern nur ſo viel andeuten, daß er dergeſtallt zu nuncupiren, daß man ihn wiſſen könne, wenn die Erbſchafft anzutretten, ſo durch einen verſchloſſene Schedam geſchehen kan, wenn nur gewiß iſt, daß dieſelbe vom Teſtatore herrühret, als wie wenn er ſie denen Scabinis oder Deputatis Judicii übergeben und deutlich geſaget, daß darinnen ſein Erbe benennet ſeye, ſo denn dieſe davon deponiren.

LAUTERBACH. *Lib. 28. Tit. 1. pag. 487.* LUDOVICI *ad Pandect. dict. Tit. §. 28.* HAMMER *in Diſſertat. de Teſtamento implicito.*

Gleichwie allhier wegen Depoſition der Hof-Räthe kein Zweifel fürwaltet, daß die Scheda quæſtionis diejenige ſeye, welche die Teſtatrix übergeben, und ſich vorleſen laſſen; Ferner die gegen ſolch Teſtamentum implicitum angezogene Leges und Doctores bloß de Teſtamentis privatis reden, jedoch aber auch von dieſen

BERLICH. *Part. 3. Concluſ. 4. num. 25.* LUDOVICI *Pandect. Lib. 28. Tit. 1. §. 28.*

diſſentiren.

Ad 3tium.) Jure Communi kein Actuarius ad Teſtamentum Judiciale erfordert wird, und WERNHER. bloß *de Jure Saxonico* redet.

conf. BERGER. *in Oeconom. Jur. Lib. 2. Tit. 4. theſ. 2. not. 5. pag. 338.*

Ad

Ad 4tum.) Weder nöthig, daß die Schedula von der Teſtatrice ſelbſt geſchrieben und unterſchrieben, ſondern genug, daß ſie den Inhalt derſelben vor ihren Willen in præſentia Scabinorum ſeu Deputatorum Judicii declariret. Welche Declaration

Ad 5tum.) alleben auch omnem fraudis & doloſarum Perſuaſionum Suſpicionem ablehnet, die aber anbeneben hier

Ad 6tum.) um ſo vielmehr ceſſiret, als gar nicht præſumirlich, daß die Mutter ihrer Kinder Education Beklagtem, als dem Stieff-Vatter, ſollte übertragen haben, wenn ſie nicht von ſeiner Liebe gegen ſie verſichert, und mit allem Bedacht gantz frey ihren letzten Willen erkläret hätte.

Endlich die von der Teſtatrice beſchehene Subſtitutio gar nicht widerrechtlich, ſintemalen ausgemachten Rechtens, daß eine Mutter, ſo viel ihre eigene Güther betrifft, per modum Fideicommiſſi pupillariter ſubſtituiren kan, und

*Leg. 5. Cod. ad SCt. Trebellian.*

gantz conform iſt, daß eine Mutter auch ihre Stieff-Kinder ſubſtituiren kan; Als iſt wie im Urthel enthalten ꝛc.

## OBSERVATIO XVIII.

### *De pœna Injuriæ Principi illatæ hodie ex L. unic. Cod. ſi quis Imper. maled. non remittenda, ſed ex magnanimitate mitiganda.*

§. 1.

*SI quis Principi maledixerit, & ex levitate hoc proceſſerit, contemnendum: ſi ex inſania, miſeratione digniſſimum: ſi ab injuria, remittendum eſſe*, ait *l. unic. Cod. ſi quis Imperat. maledix.*

Quidam hoc non de Injuriarum remiſſione, ſed transmiſſione maledicentis ad Principem injuriatum accipiunt, ut ipſe ſuo arbitrio de eo ſtatueret (*a*). Sed rectius, Judice WILLENBERGIO (*b*), verbum *remittere*, de injuriarum remiſſione ac condonatione accipitur. Quod ex *l. 2. Cod. de Reb. credit.* elucet, ubi: *Periculum autem Corporis, vel Majeſtatis Crimen, ſecundum conſtituta Divorum Parentum meorum, etſi per Prin-*

 *cipis*

(*a*) MENOCH. *de Arbitrar. Judic. Quæſt. lib. 2. centur. 4. caſ. 377. num. 8.*
(*b*) *Select. Jurisprud. Civil. XXII. §. XVI.*

*cipis Venerationem quodam calore fuerit pejeratum, inferri non placet* (*c*).

Verum bene obſervavit GASSER (*d*), wie von verſchiedenen bewehrten Rechts-Lehrern gezeiget worden, daß *l. unic. Cod.* nicht indiſtinctè von allen Läſterungen, woraus öffters viel Unheil zu beſorgen, verſtanden werden möge, ſondern die Abſicht dazumalen fürnemlich auf diejenige Heyden gerichtet geweſen, ſo ſich über die Zeiten derer Kayſer, die ſich zum Chriſtenthum gewandt, beſchwehret, und alle Unglücks-Fälle darauf geſchoben, welchen unglücklichen Fehler die neue Chriſtliche Kayſer gar leicht zu pardonniren gemeynet. (*e*)

§. 2.

Certè quod hac Lege continetur, effatum eſt *Theodoſ. Arcad.* & *Honor.* ex magnanimitate Imperatorum profluens, conſiliumque potius ſeu adhortatio, quam Lex alios Principes obligans, quemadmodum plures Leges dantur, quæ tamen vim Legum non habent.

Sic enim nec Magnanimitas *Caroli XII.* Regis Galliæ, Satyras, quas *Ronſard* in ipſum confecit, contemnentis alios obligat. Unde hodie pœna, quamvis extraordinaria, ad coërcendam levitatem, inſaniam, injuriasque pro futuro locum habet. Neque tamen praviter adeo puniri ſolent, ſed pœna magnanimitate temperatur.

§. 3.

Ita *Facultas Juridica Marburgenſis* pronunciavit Menſe Novembr. 1740. In Inquiſitions-Sachen entgegen und wider S. Puncto Injuriarum, wird von Hochgräflichem Amt F., auf fürgehabten Rath auswärtiger Rechts-Gelährten allem An- und Fürbringen nach hiermit für Recht erkannt: daß Inquiſit wegen ſeiner Reſpects-widrigen Reden, gegen gnädigſte Herrſchafft nicht nur einen öffentlichen Widerruff zu thun, ſondern auch 6. Rthlr. Strafe, und die aufgelaufene Inquiſitions-auch Tranſmiſſions-Koſten zu erſtatten ſchuldig. Inmaßen ꝛc. ꝛc.

*Rat.*

(*c*) GOTHOFRED. *ad L. unic. Cod. ſi quis Imper. maled. lit. Q.* PEREZ *ad Cod. dict. tit. num.* 2.

(*d*) *Obſervat. pag.* 729. *num.* 8.

(*e*) Vid. JAC. GOTHOFRED. *in C. Theod. ad d. l. unic.*

*Rat. Decid.* Obwohlen 1.) Inquiſit der ſeiner Landes-Herrſchafft ſchuldigen Reſpect zuwider lauffenden und gegen ihn denuncirten Reden: der Graf hätte ihme *ſ. v.* nicht eine Hunds ꝛc. über ſeine Güther zu befehlen, ſich nicht zu erinnern angiebet; mithin 2.) dieſelbe aus keiner Boßheit hergefloſſen zu ſeyn ſcheinen, um derentwillen man heut zu Tag derley Inculpirte bey dem Kopff nimmt, und nach vorgängiger Verſchickung der Acten ad Facultates Juridicas, arbitrariè entweder mit dem Bau, Relegatione, oder Fuſtigatione ſtraffet, LUDOVICI *Doctrin. Pandect. Lib. 48. Tit. 4. §. X.*

Jedennoch aber, und dieweilen 3.) Fünff Zeugen *ad Artic. Probatorial. 6. & 7.* eydlich ausgeſagt, daß Inquiſit die injurieuſe Worte von ſeiner Obrigkeit geſprochen, und denn ſelbige, ceu omni exceptione majores, plene probiren; derentwegen 4.) das Juramentum Purgatorium keine ſtatt hat; Jedoch aber 5.) wenn ein Inquiſit der quæſtionirten ſchimpfflichen Reden nicht geſtändig iſt, in dubio anzunehmen, daß ſie vielmehr aus Uebereilung, als Boßheit hergeruhret, ohne dem auch 6.) dergleichen Injurien, wenn ſie gleich aus Bosheit ausgeſtoßen, nicht ſo ſcharff pflegen geſtrafft zu werden, argum. *l. unic. Cod. ſi quis Imperat. maled.* HERT. *Deciſ. 731.* Idque 7.) ob generoſum contemtum, der hier Platz ergreiffet, WILLENBERG. *de generoſo Injuriarum Contemtu Select. Jurisprud. Civil. XXII. §. 15. ſeqq.* Und ob zwar 8.) *dicta Lex unica Codicis* heut zu Tag keine Remiſſion wurcket, jedoch vigore ejus pœna ex magnanimitate mitigiret wird, HARPPRECHT. *de Injuria Magiſtrat. illata Diſp. LXVI. num. 317. ſeqq.* ſo daß eine ſolche Injuria ordinarie nur eine Caſtigation oder Correction nach ſich ziehet; Bey alle dem aber 9.) Inquiſit die Proceſs - und Tranſmiſſions - Koſten, wenn auch ſchon die Injurie bey ihm aus Uebereilung hergekommen, veranlaſſet hat; einfolglich dieſelbe zu erſetzen gehalten iſt: maxime cum 10.) in Proceſſu Inquiſitorio Fiſcus regulariter indemnis manere debeat, HERTIUS *ibid.*

So iſt ꝛc. ꝛc.

§. 4.

Memini Cauſæ, quæ in Camera Imperiali occurrit, & in qua Injuria ab injuriante Principi ejusque Miniſterio illata in eo conſiſtebat, daß keine Juſtitz im Land zu finden, ſondern Prin-

ceps nur dem Jagen nachhånge, und ſein paſſionirtes Miniſterium regieren laſſe, auch das Land ſchon lang verfreſſen hätte, wenn nicht anders woher immer Geld wäre fourniret worden.

Per Teſtes juratos Criminis erat convictus Inquiſitus, ipſeque ad *dict. l. unic. Cod.* provocaverat.

De animo deliberato eo minus dubitabatur, quo magis conſtabat, Injuriantem alios vociferationibus iſtis detinuiſſe, quo minus in Territorio ſedem fixerint, atque Seditionis cauſa alibi jam punitum eſſe.

Actis itaque ad Facultatem Juridicam Pragenſem transmiſſis, pœna Fuſtigationis dictata, at verò à Principe injuriato in pœnam Carceris, bis die Gefahr der Aufwiegelung vorbey, & dein in relegationem mutata.

Quæ etiam in Camera hoc Anno 1755. confirmata eſt, denegando è Carcere aufugienti, auf Bericht und Gegen-Bericht, Citationem ſuper Nullitatibus, & tollendo antea conceſſa Jura Pauperum, Salvumque Conductum.

Temperata hoc caſu fuit Juſtitia per magnanimitatem, utpote quæ una cum Bonitate & Sapientia, ex quibus conjunctis, prout egregie B. BILFINGERUS (*f*) dilucidavit, Juſtitia oritur, optimè etiam quoad gradum maximum ſubſiſtere poteſt, weil die Großmüthigkeit, ſunt verba b. L. B. DE WOLF (*g*) aus der Liebe der Feinde kommet, und man vor ſich ſelbſt ſiehet, daß die Großmüthigkeit um ſo viel größer iſt, je mehr es in unſerer Gewalt ſtehet, uns nachdrücklich an einem zu rächen, und je größer die Beleidigungen ſind, die wir von dem andern erdultet.

Amore verò prorſus indigni cenſendi Injuriantes, qui ſimul ſeditioſi ſunt, ſicque nec Magnanimitas quoad eos locum habet. Tantum abeſt igitur, ut Juſtitia eidem attemperanda eſſet, ut potius cum rigore exercenda ſit, irrogando interdum pœnam exemplarem, uti in caſu, qui ſub meo Pro-Rectoratu Marburgi contigit, mihique ad ſequens Programma anſam dedit:

PRO-

(*f*) *Dilucid. Philoſoph. pag. 524. ſeqq.*

(*g*) vernünfftige Gedancken von der Menſchen Thun und Laſſen. *§. 874. ſeqq.*

# PRO-RECTOR & SENATUS ACADEMIÆ MARBURGENSIS

## *L. S.*

JUſtitiam LEIBNITIUS per bonitatem ſapienter adminiſtratam optime definivit. Juſtitiæ enim ſecundùm ULPIANUM eſt, ſuum cuique tribuere. Quid verò τὸ ſuum ſit, Sapientia determinat, ſuaque interceſſione Bonitatem eo dirigit, ne quid cuiquam tribuat, quod ipſi non debetur, vel deneget, quod ipſi competit. At enim verò Sapientia reſpicit convenientiam. Num autem convenit, ut factorum legi conformium & difformium eadem ſint conſectaria? An non potius conveniens, ut bonis, quæ illa conſequuntur, hæcce priventur, & quidem cum ſenſu interdum graviſſimo? Unde cum pœnæ non conſiſtant, niſi in privatione bonorum cum ſenſu ejus conjuncta; talpa cæcior ſit neceſſe eſt, qui non videt, eum qui malè egit ſola indignitate ſua in Juſto bonitatem impedire, nec conqueri poſſe, quod bonus non ſit, etiamſi pœnas ſentiat, quin potius easdem pro merito irrogatas, ceu bonum tam propriæ, quam aliorum emendationis nec non ſecuritatis reſtitutæ, & periculi ſeductionis ſublati intuitu veneretur. Quæ ut à Te P. M. attenta mente penſitentur, eſt quod in votis habemus. Tibi enim Academiæ noſtræ bonis & inprimis Libertate haud modica uti hactenus licuit, & ulterius liceret, niſi indignitas Tua impedimento eſſet. Qui Sapiens Magiſtratus ſui contemtorem foveret? Qui bonus Magiſtratus civem toleraret, ingenio ſuo Monarchomachico & turbulento reliquis Concivibus periculoſiſſimum? TACITO auctore Cives boni de Superiore ſuo ita ſentiunt: *Tibi Judicium & Imperium Dii dedere, nobis obſequii Gloria relicta eſt.* Tibi verò contraria inſidet ſententia. Mens Tua ſit Mens Academiæ, imo ipſius Principis, niſi Tuba tua convocet Cives, faxque tua ſeditionis audacia armatis præferatur, donec inſatiabilis tua vindictæ cupido & vel ſanguine ſaturata ſit. Recole memoria ſeditionem, quam contra clementiſſima Reſcripta Regia pertemeraria ratione concitaſti. Memento clauſulæ iisdem annexæ Tibique publicatæ, qua Potentiſſimus Rex ſingulis obtemperantibus Gratiam ſuam indulgentiſſimè confirmavit, renitentibus verò & factioſis certo futurum

 Juſti-

Juſtitiæ ſuæ vindicativæ comminatus fuit exercitium. Quid Tu ad hæc omnia Academiæ noſtræ ſalutaria? Ab eo tempore ſtatim pectus tuum mari turbidius turbidiſſimæ agitarunt cogitationes. Nonne ſemper maxima cum cura ultum ire feſtinaſti injurias putativas, inquietus, donec omnia infima ſummis paria feceris, turbaveris, miſcueris. Flabello tuo recentiſſimæ commotæ ſunt diſcordiæ, quarum eventus, quod funeſtus non fuerit, ſoli Dei Providentiæ imputandum. Et quamvis ſopitæ viderentur, novis tamen anſam rurſus ſuppeditaſti. Qui igitur aliter fieri potuiſſet, quam ut Senatus Academicus per unanimia *Conſilium abeundi* Tibi daret, ſicque membrum putridum reſecaret, ne pars ſincera traheretur. Sed proh Deum atque hominum fidem! quam refractaria Imperii legitimi hanc ſententiam inſecuta fuit excuſſio! Permovit eadem Regem Potentiſſimum, ut pœna à nobis juſtè Tibi irrogata intendatur, & Conſilium abeundi in Relegationem in perpetuum publicam mutetur. Cui Juſſui ſummo nunc maxima cum ſubmiſſione morem gerimus. Teque P. M. G. ex hac Urbe & Academia Marburgenſi in perpetuum relegamus, relegatumque hocce Programmate publice declarâmus. Faxit Deus T. O. M. ut correctione hac tandem ad meliorem redeas mentem, tuoque exemplo Dilectiſſimi Cives noſtri diſcant, quam irreſiſtibile ſit Imperium, & reminiſcantur illius apud Senecam: *Errare mihi videntur, qui exiſtimant Philoſophiæ fideliter deditos contumaces eſſe ac Refractarios, & Contemtores Magiſtratuum ac Regum.* P. P. Marpurgi Cattorum d. 24. Sept. An. MDCCXXXVIII. ſub Sigillo Academiæ Majori.

## OBSERVATIO XIX.

### *Si cauſa Appellationis ſecundæ vel ulterioris cum Cauſa Appellationis primæ connexa, Proceſſus in hac citra hæſitationem decernendi ſunt, ſi in illa decreti.*

Gravamen namque in una, Gravamen in altera propter connexitatem reddit veroſimile; ſicque una cauſa alteram ad ſe trahit, maximè ſi deciſio unius dependeat à deciſione alterius.

Ita in cauſa Loſſenſis Oppidi Conſulum Magiſtratus & Opificiorum, contra modernos ejusdem Oppidi Conſules, Proceſſus d. 26. Auguſti 1754. decreti. Grava-

Gravamen Appellantium principale erat, quod per Ordinationem à qua, invitis Exconſulibus atque Opificiis Oppidi Loſſenſis, & contra Jura ac Privilegia eorum, turbarentur in Conſtitutione Receptorum & Procuratoris ad Lites, quodque in præſenti cauſa permagnum præjudicium exinde oriretur, quod ſumtus litium à Maitre Jean & Tercas cauſatarum, quos ipſi in ſe ſuſcipere obligati eſſent, ipſi Oppido indoſſari (*ſit venia verbo*) velint.

Cum itaque in cauſa Exconſulum Magiſtratus totiusque Loſſenſis contra Maitre Jean & Tercas, duæ novæ introducerentur Appellationes, & Gravamina in eo conſiſterent, quod Officialis Leodienſis, non obſtante litis pendentia in cauſa Exconſulum Magiſtratus & Opificiorum Oppidi Loſſenſis contra modernos ejusdem Oppidi Conſules, Sententiam à qua tulerit, & cauſa in qua modo dicta Sententia lata, apertè connexa cum modo allegata cauſa in Camera Imperiali pendente, imo pars hujus ſit, hæcque continentia, ſecundum adducta in Libello Gravaminum, admodum veroſimilis deprehenderetur, petiti Appellationis Proceſſus, formalibus ritè ſeſe habentibus, d. 2. Septembris 1755. decreti.

## OBSERVATIO XX.

*Etſi Formalia Appellationum contra Sententias Conſilii privati Leodienſis interpoſitarum, ex Capite metus à Conſilio privato inferri ſoliti, omiſſæ fuerint, nihilominus cæteris paribus Proceſſus Appellationis in Camera Imperiali decernuntur.*

ITa in cauſa *Obſervat. præced. allegata* Loſſenſis Oppidi in Inſtrumento Appellationis Supplicæ pro Proceſſibus adjuncto allegabatur, quod Conſilium privatum prætendat, ut ab ejusmodi Ordinationibus, qualis in iſta cauſa emanaverat, locum non haberet Appellatio, ac rigorosè & ad carceres uſque contra Notarium, Teſtes, & Partem appellantem, non obſtante Appellationis Juſtitia, procedi curet, eamque ob rem Appellantes Notario declaraverint, quod metu pœnarum tam ipſis, quam Notario & Teſtibus communicatarum, ſicut & ad evitandum carceres & infamiam, formalitates, quæ coram Judicibus

dicibus inferioribus pro interponenda & introducenda Appellatione adhiberi deberent, omittere coacti fuerint.

Cum itaque innumera in Camera Imperiali extent Præjudicia, quod, etſi formalitates ratione Appellationum contra Sententias Conſilii privati interpoſitarum, egr. requiſitio Actorum, ex capite metus à Conſilio privato inferri ſoliti omiſſæ, nihilominus cæteris paribus Proceſſus Appellationis decreti fuerint, ſiquidem vis & metus reſtitutioni in integrum brevi manu locum concedunt, ac præterea Gravamen veroſimile appareret, petiti Appellationis Proceſſus decreti.

## OBSERVATIO XXI.

*Si Actio contra Statum Imperii Beneficio Auſtrægarum gaudentem in Supremis Imper. Tribunal. intentata ſpecies querelæ denegatæ Juſtitiæ eſt; Auſtrægæ non obſtant, quo minus Mandatum C. C. decerni poſſit.*

QUod Prima Inſtantia Statuum in caſu protractæ aut denegatæ Inſtantiæ ceſſet, jam obſervavit *Per-Illuſtr.* L. B. DE SENCKENBERG (*a.*) Ratio in promtu eſt, quoniam in cauſis, quæ magis Imperii, quam Jurisdictionis eſſe dicuntur, Auſtrægæ ceſſant. (*b*)

Ita cum in cauſa des Cloſters M. contra die Fürſtliche Regierung zu O. pro Mandato de edendo Acta Judicialia Originalia, vel ſaltem producta Manualia recognoſcendo, aut ea pro recognitis habendo, ſeu ad minimum pro communicatione Laudi in hac cauſa lati ad Facultatem Hallenſem ſcribendo S. C. ſupplicaretur, denegatio petiti pro edendis Actis publicis, ceu Documentis communibus, pro facto quidem illicito, ſed non omni Jure injuſtificabili, attamen ſpecie denegatæ Juſtitiæ habebatur. Indeque minimè Mandatum S. utique autem C. C. decretum d. 2. Septembris 1755.

OBSER-

(*a*) *Flor. Sparſ.* §. *XLII.*

(*b*) BLUM. *Tit. XXVII.* §. *174.* & DECKHER. *ad dict. loc.*

# OBSERVATIO XXII.

## *Filiæ renunciatrici ratione Dotis promiſſæ ſed non ſolutæ Jus Dominii in Bonis renunciatis ; conſequenter etiam Jus Separationis competit.*

Dos iſtiusmodi Filiæ in locum Legitimæ ſuccedit ; adeo ut ſi tantum promittatur, non verò præſtetur, Pactum Hæreditatis renunciativum illam non obliget (*Opuſc. Tom. I. Op. III. Cap. II. §. LXXIV.*). Nam Dos ei debetur, ut Pacti hujus æquitas inde eluceſcat, & evidentior (*§. LXX. ibid.*) reddatur. Quæ æquitas eo magis ibi obſervanda, ubi Filiæ illuſtres, velut apud Colonienſes, ipſo jure pro renunciatis habentur.

Quemadmodum igitur Legitima pars Hæreditatis conſequenter Dominii illius univerſalis eſt, cujus intuitu renunciatio facta, ita & ratione dotis non præſtitæ ei Jus dominii in bonis renunciatis competit.

Imo Jus iſtud Dominii vel ratione Legitimæ vel Dotis, Pactis Dotalibus, quibus Dos erga renunciationem faciendam promiſſa, à Filia tacitè reſervatum eſt. Multo minus igitur illud ipſi denegari poteſt, ſi Pactis Dotalibus expreſsè reſervatum, velut in caſu, quo verba ita ſe habent. **Gleichwohl mit dem Beding und ausdrücklichen Vorbehalt, daß, wenn die Fräulein Hochzeiterin und dero künfftiger Ehe-Herr über allen angewandten Fleiß und Bemühung beſagtes** Capital **und hinterſtändiges** Intereſſe **nit gantz oder nichts davon erhalten würden, oder könnten, alsdann der Fräulein Hochzeiterin Frau Mutter und Herren Gebrüdere aus andern (als den verſchriebenen) Vätterlichen Güthern den Abgang** *NB. in qualitate* **des vorhero** *ſpecificirten* **Kindlichen Antheils erſetzen ſollen.** Quæ qualitas nil eſt, quam Jus Dominii.

Quodſi verò Filiæ renunciatrici, ratione Dotis promiſſæ ſed non præſtitæ, Jus Dominii competit, Jure potiori quam Creditores, ſeparationis nimirum, fruitur : imò nequidem creditrix eſt ; conſequenter nec ad Concurſum Creditorum trahi, ſed ante eum res ſuas vindicare poteſt. Nec proin locum habet, *l. 8. ff. de Pactis*, de plurium Creditorum numero minorem ad ſe trahente diſponens. Unde in caſu ſequente inita inter

Creditores Transactio Actrices, tanquam deſcendentes Filiæ renunciatricis, prorſus non concernebat, præſertim cum allegata Lex Creditores ſupponat, qui pari Jure pollent, non verò tales, quorum unus præ altero potiori gaudet.

In Concurſum quoque Fideicommiſſa Familiæ non veniunt. Atqui per iſtiusmodi Renunciationes Filiarum Nobilium Fideicommiſſa Familiæ tacita conſtituuntur. Hinc Bona Avi, quorum gratia Renunciatio ſub dicta reſervatione facta, in Concurſum ſuper Bonis Filii excitatum venire nequeunt, ſed Bona utraque ſeparata manent.

Indeque patet 1.) Statutum Colonienſe, Filias Creditoribus, quibus Hypotheca Judicialis conſtituta, poſtponens, ad hunc caſum, quo Patris & Filii obærati Bona ſeparata ſunt, applicari non poſſe; ut & 2.) Dotes privatorum, cum Dotibus Filiarum Nobilium quas ergo Renunciationes accipiunt, confundendas non eſſe; ſicque adductum Statutum Colonienſe ad eas, quæ Filiabus Renunciatricibus debentur, trahi non poſſe.

Hinc *Sententia d. 15. Septembris 1755.*

**Jn Sachen von Lombeck zu Vorſt und Lüfftelberg,** Uxorio nomine, **gebohrner von Wallbott zu Gudenau, jetzo deren Erben** in Actis **benannt, Klägern eines, wider von Wallbott Gudenauiſche** Creditores, in ſpecie **die verwittibte Freyfrau von Weſterhold-Lombeck, nun auch dero Erben Beklagte, andern Theils:** Citationis ad aſſiſtendum liti ſuper Hæreditate motæ, reddendum, & juſtificandum Credita, & deducendum Jura Præferentiæ, nec non videndum deſuper, & qualiter juxta vires Hæreditatis Solutio facienda ſit, pronunciari; **iſt allem An- und Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß Klägere die** quæſtionirte 12000. **Rthlr.** Dotal-**Gelder, ſamt davon, nach Maßgab der** Anno 1691. **errichteten Ehe-**Pacten, **die erſte** 12. **Jahr nur zu entrichtenden** 500. **Rthlr. nach dem aber Reichs-üblichen Zinßen hiervon, jedoch die wegen der Paten-Gab nachgelaſſene** 2000. **Rthlr. abgezogen, an Beklagte der Freyfrau von Weſterhold-Lombeck Erben zu zahlen ſchuldig, und darzu zu** condemni**ren ſeyen: als wir hiermit ſchuldig erkennen und** condemni**ren, Klägere in die Gerichts-Koſten derenthalben bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht aufgelauffen, an jetzt gedachte Erben, nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten fällig ertheilend.**

**Dann**

Dann iſt ermeldten Klägern zu würcklicher Execution und Vollziehung dieſer Urthel Zeit dreyer Monath pro termino & prorogatione von Amts wegen angeſetzt, mit dem Anhang, wo ſie deme alſo nicht nachkommen werden, daß ſie jetzt als dann, und dann als jetzt, in die Straf 10. Marck Löthigen Golds, halb dem Kayſerlichen Fiſco, und zum andern Theil denen Beklagten ohnnachläßig zu bezahlen fällig erklährt ſeyn, und der Real-Execution halber auf weiteres Anruffen ergehen ſolle, was recht iſt.

## OBSERVATIO XXIII.

### *De Altero Tanto Filiæ renunciatrici ratione quanti erga renunciationem debiti in caſu moræ Debitoris adjudicato.*

§. 1.

QUod Filia, quæ Pacto renunciativo à Succeſſione excluditur, ante renunciare non teneatur, quam ſingula in ſtipulationem deducta acceperit, vel de eisdem ſecurior reddita fuerit, *Opuſc. Tom. I. Obſervat. VII. Cap. I. §. XXX.* demonſtratum dedi. Verba Pactorum communiter ita ſe habent, nach erfolgter gäntzlichen Befriedigung ordentlich Verzicht über alles, was ſie aus dem geſamten Vätterlichen Vermögen, wie das Nahmen habe, dem Stylo, wie es bey dieſer Familie hergebracht, gemäß thun ſolle. Quo ipſo modus & tempus præſtandæ renunciationis extra omne dubium ponitur, adeo ut debitum iſtius quanti modale potius quam conditionatum ſit. Expediti autem juris eſt, modum non impedire, quominus conventio ſit pura, nec ſuſpendere obligationem, uti fit in conditione (*a*), ſed ſi poſt præſtationem ab altero factam modus non impleatur, rem datam vel conditione repetendam, vel ad modi impletionem agendum eſſe (*b*).

§. 2.

Quamdiu itaque debitor dicti quanti obligationi ſuæ puræ non ſatisfecit, quoad punctum renunciationis nulla moræ locum habet imputatio, eoque minus, ſi renunciatio de re ad



(*a*) *L. 41. princ. de Condit. empt. vend. L. 17. §. 2. L. 44. de manumiſſ. Teſtam. L. 40. §. final. L. 80. de Condit. & Demonſtrat.*

(*b*) *L. 8. Cod. de Condit. ob cauſ. dat.* LAUTERBACH. *Colleg. Theoret. Pract. Tit. de Pact.* MEV. *part. 5. deciſ. 29.*

rem extenderetur, cum, quod in contractu actum fuiſſe non reperitur, inter partes non conventum fuiſſe cenſendum ſit (*c*), prout (*Opuſc. T. III. §. 101. num. 4. & 102.*) demonſtravi, Filiam per hoc, quod Hæreditati Paternæ & Maternæ renunciavit, non excludi à Fraterna, etſi in hac nil contineatur, quod non ſit ex Bonis Patris vel Matris.

§. 3.

Sique ſuper iſta extenſione renunciationis lis orta, debitorque exceptione litis alibi pendentis contra ſolutionem quanti iſtius, certo die in ipſo pacto præfixo ſolvendi, ſeſe tueretur; minimè Filia in mora renunciandi, ſed is in mora ſolvendi, & quidem tam extrajudiciali quam judiciali eſſet: quia lapſus diei pro homine interpellat, & actio inſtituta ſubſecutaque Litis conteſtatio in moram judicialem conjiciunt. (*l. 1, Cod. de Uſur. Rer. Judicat. l. 7. Cod. de Fruct. & Lit. Expenſ.*)

§. 4.

Nec ſufficit ad purgationem moræ, abſolutionemque ab intereſſe moræ, quod ad ſolvendum Debitor ſemper paratus fuerit, mediaque ſolvendi in promtu habuerit. Sola enim verbalis oblatio, & licet quis ad ſolvendum ſe paratum eſſe jactet, ſi non ritè & legitimè pecuniam debitam cum Uſuris in loco Judicii citato Creditore vel præſente eo deponat, non liberat à curſu Uſurarum cœpto, *l. 28. §. 1. ff. de adminiſtr. & peric. Tutor. l. 9. Cod. de Uſur. coll.* MEVIUS *Part. 2. Deciſ. 199.*

§. 5.

Quod verò Alterum Tantum attinet, in vulgus equidem nota ſunt, quæ TABOR (*d*) & WERNHER (*e*) ad normam *l. unic. Cod. de Sentent. quæ pro eo, quod int.* & *Novell. 121. Cap. 2.* contra Alterum Tantum in lucem publicam ediderunt, illud reprobantes, etiamſi per modum ejus quod intereſt petatur. Sententiæ tamen eorum nemo calculum adjiciet, ubi minimè de debito ex mutuo, vel ſimili contractu oriundo, ſed de debito tam hæreditario, quam ex obligatione ad dotandum & alendum profluente, quæſtio eſt, quale eſt debitum quanti erga

(*c*) HARPPRECHT. *Volum. Noviſſ. Conſil. XVI. num. 288. 290.*
(*d*) *de Altero Tanto part. 3. Artic. 13. num. 5. ſeq.*
(*e*) *in Diſſertat. de Uſuris per modum Intereſſe ultra Alterum Tantum non exigendis, & Obſervat. part. III. obſervat. 1.*

erga renunciationem Filiæ promiſſi. Sicut enim Hæreditas, ceu nomen Juris augmentum & decrementum recipit, fructusque ac uſuræ hæreditati accedunt, atque partem ejus conſtituunt, (*l. 30. §. 3. ff. de hæred. petit.*) ita ad reſtitutionem horum fructuum uſurarumque Poſſeſſor Hæreditatis, vel Cohæres etiam ultra Alterum Tantum de Jure obligatur, adeo ut non tantum de extantibus, ſed etiam de conſumtis fructibus teneatur, (*l. 25. §. 11. & §. 15. l. 28. ff. de hæred. petit. l. 18. §. 3. ff. Famil. herciſcund. l. 19. in fin. eod.*). Quod eo æquius, quo iniquius eſſet, ſi debitor ea portione hæreditaria, erga quam quantum iſtud promiſit, frui poſſet, Creditor autem & re & fructibus carere teneretur, ſicque ille cum hujus damno locupletior fieret.

Locum hic habet Regula: *quod plures præſumtiones vincant unam*; cujus rationem ſuppeditat laudatus DN. HOMBERGK verbis: *Oſtendunt enim illæ, factum non uno ſed multiplici modo ordini naturæ convenire, quacunque ratione illud conſideres.* Quodſi verò probabilitatem pro fundamento præſumtionum ponere velis, nec ratione deſtituitur regula. Quo plures enim ſunt præſumtiones, eo major eſt probabilitas: eo plura enim adſint neceſſe eſt requiſita ad veritatem, ex quibus probabilitas æſtimatur, adeo ut interdum plures præſumtiones maximum conſtituant probabilitatis gradum, & propterea præſumtionis violentæ ſeu vehementis nomine inſigniri ſoleant. Unde merito exemplum deſideravit ſuprà citatus DN. HOMBERGK, quando MENOCHIUS (*b*) cum BARTOLO, PARISIO & aliis allegatis ſtatuit, *plures etiam præſumtiones perimi ab una valida & efficaci*, idque rectiſſimè intellexit, de ſuſpicionibus, indiciis & conjecturis pluribus, quæ omninò à præſumtionibus differunt, pro fundamento habentes nudam poſſibilitatem, inter quam & probabilitatem maxima eſt differentia.

§. 4.

Certè in materia de ſolutione præſumta poſſeſſio Inſtrumenti obligatorii unum tantum requiſitum eſt ad veritatem, ſolutionem factam non eſſe. Plura verò ad veritatem, ſolutionem factam eſſe, ſupereſſe poſſunt, quibus utique veroſimilior fit ſolutio, adeo ut major veroſimilitudo requiri nequeat, eademque ad abſolvendum ſufficiat: cum veroſimilitudo potentior tollat minus potentem.

§. 5.

Illuſtrationi haud parum inſervit cauſa von Hohenegg contra Speyer. Pro Capitulo militabant ſequentes præſumtiones, 1.) ex

(*b*) *lib. 1. quæſt. 30. num. 5.*

1.) ex Quietantia ſe referente ad obligationem ejusdem ſummæ anni & diei, de quibus illa loquebatur, in cujus poſſeſſione Creditor erat, 2.) ex Libro domeſtico Creditoris, in quo ſolutio illius Obligationis notata deprehendebatur, 3.) ex Libro Contractuum Epiſcopi Debitoris, in quo unius tantum debiti mentio injecta erat, 4.) ex Libris Rationum (denen Land-Schreiberey-Rechnungen,) qui ſimiliter unius tantum debiti mentionem injiciebant, 5.) ex omiſſa contradictione Creditoris tempore redditionis Rationum, cui tamen ex officio præerat, 6.) ex lapſu plus quam centum annorum, in quibus interpellatio à Creditoribus omiſſa erat, 7.) ex defectu annotationis debiti prætenſi in Documentis Creditoris.

E contrario pro Creditore una tantum militabat præſumtio, ex poſſeſſione Inſtrumenti Obligationis in Originali. Nam aſſertio Actoris, quod duo diverſa debita uno eodemque die & anno ab eodem Debitore & Creditore contrahi poſſint, præſumtio non eſt, ſed nuda poſſibilitas: cum non omne poſſibile ſit probabile, neque adeo præſumendum: ſiquidem præſumtio nil eſt, quam aſſertio facti ex ratione probabili.

Quam ob cauſam probatio iſta Debitoris factæ ſolutionis præſumtiva pro vera & plena declarata, quæ ſufficeret ad abſolutionem in caſu ſubſtrato, ſicut alias ad condemnationem, adeo ut neque Juramento Suppletorio neque Purgatorio opus eſſet.

§. 6.

Hinc etſi per Sententiam d. 11. Maji 1753. Actoribus injungeretur, ihre ſämtliche Familie Brieffſchafften, Brüderliche Theilungen, Hauß- und Gült-Bücher, mit allem Fleiß zu durchgehen, und was ſich dieſer Schuld halber finde endlich zu ediren, oder aber daß ſie aller angewandter Mühe ohngeachtet, davon oder von der 1651. beſchehen ſeyn ſollenden Ceſſion nichts vorgefunden, wie auch daß ſie ſonſt keine Wiſſenſchafft davon hätten, noch daß ſie jemals zu Stand gekommen ſey glaubten, endlich erhärten, anbey des Cornelii von Hohenegg Schuld-Schein in Originali produciren ſollen; ac dein Procurator ſpeciali Mandato ad jurandum ſeſe legitimaret, Debitor verò interpoſita Reſtitutione in integrum contra iſtam Sententiam peteret, ihn ob Inſtrumenta noviter reperta contra Sententiam d. 11. Maji 1753. in integrum zu reſtituiren, & una cum Caſſatione

Man-

Mandati & inſecutarum Paritoriarum entweder von angeſtellter Klage zu abſolviren, oder falls puncto Probationum noch einiger Anſtand fürwalte, ad Juramentum Suppletorium zu laſſen, und Beklagten ein ewiges Stillſchweigen aufzulegen, auch ad refuſionem Expenſarum anzuhalten; d. 22. Januarii 1755. pronunciatum:

In entſchiedener Sachen ſämtlicher von Hohenegg, und der von Harff zu Drimborn, wider Weyland Herrn Damian Hugo Cardinalen, jetzo Herrn Frantz Chriſtoph, Biſchoffen und Fürſten zu Speyer, Mandati de ſolvendo vel dimittendo hypothecam S. C. nunc petitæ Reſtitutionis in integrum: iſt erkannt, daß Herr Beklagter von der von Philibert von Hohenegg herrührenden, und von deſſen Erben mit-eingeklagten Halbſcheid des Capitals zu abſolviren; Lt. Weylach aber wegen der andern Halbſcheid ſein der Reſtitution in integrum halber beſchehenes Begehren abzuſchlagen, ſondern es, Einwendens ohngehindert, bey der den 23ten Decembris 1745. ergangenen Paritori-Urthel, und darauf erfolgtem Mandato de Exequendo, um gedachte letztere Halbſcheid des Johann Philipps von Hohenegg Erben allein auszuzahlen, jedoch daß keine weitere Renthen-Forderung ante litem conteſtatam ſtatt habe, zu belaſſen ſeye; als wir hiermit abſolviren, abſchlagen, und belaſſen, die Gerichts-Koſten derentwegen aufgeloffen, aus bewegenden Urſachen gegen einander compenſirend und vergleichend; Dem Herrn Beklagten ſeinen Regreſs, an wen er ſolchen zu haben vermeynet, zu nehmen ohnbenommen, ſondern vorbehalten.

## OBSERVATIO XXXI.

### *Eccleſia poſt quadriennium ad petendam contra Sententiam Reſtitutionem in integrum admittenda non eſt.*

HAbet equidem Eccleſia Jura Minoris quoad Reſtitutionem in integrum, *c. IX. de Reſtitut. in integrum.* imo contra quævis geſta Eccleſia reſtituenda, *c. 2. 3. & 7. X. dict. tit.*, veteresque Interpretes in perpetuum indulgendam eſſe hanc Reſtitutionem aſſeruerunt, alii verò Terminum 40. Annorum, quo cæteræ Actiones Eccleſiæ præſcribuntur, ſtatuerunt (*a*).

S Rectius

(*a*) conf. HOFMANN *ad Chaſſan. parat. Decret. Tit. de Reſtitution. in integrum.*

Rectius verò BÖHMER (*b*), cum GALESIO *ad Clementin. unic. de Reſtitut. in integrum num. 47.* & quidem in conformitate *c. 1. de Reſtitut. in integrum. in 6to.* ſuſtinet, Eccleſiam poſt Quadriennium non admitti ad petendam Reſtitutionem in integrum contra Sententiam, quod alioquin hoc fatale omni careret effectu. Quam rationem magis evolvit VIVIANUS (*c*) verbis: *quia Eccleſia in reſtitutione petenda fungitur Jure minoris facti majoris, & quoniam minor factus major non auditur poſt Quadriennium à die majorennitatis ad petendam Reſtitutionem in integrum. Nam ita eſt ei per hoc beneficium ſubveniendum, ut tamen lites non fiant immortales. Ideo ut Eccleſia reſtituatur, debet intra Quadriennium à tempore læſionis petere Reſtitutionem in integrum.*

Addit equidem limitationem *ex eod. cap. Niſi rationabilis aliqua cauſa hoc ſuadeat.* Supponit autem, quod dolo adverſarii elapſum fuerit fatale, qui caſus tamen rarus, & difficillimæ probationis eſt.

Sique Eccleſia ſuos habet Conſiliarios imo Collegia formata, vix rationabilis cauſa excogitari, Eccleſiaque indebitè per lapſum Quadriennii Jure ſuo privata dici poteſt. Atque ita pronunciatum in Cauſa *Obſervationis præcedentis.* Paritoria enim quoad alteram debiti medietatem ceu indebite ſolutam d. 23. Decembris 1745. publicata, Reſtitutio verò d. 10. Octobris 1753. petita erat.

## OBSERVATIO XXXII.

*Recadentia Dotis Pactis Dotalibus in favorem Familiæ ſeu Agnatorum, ſub Clauſula ſi ſine Liberis deceſſerit, in ſtipulationem deducta, ad eum quoque caſum extendenda eſt, ſi cum Liberis iterum tamen mortuis deceſſerit.*

§. 1.

PONamus caſum, quo Uxor in Pactis Dotalibus illata ſua Marito in eventum mortis ſuæ absque Liberis nonniſi uſufructuariè ad dies vitæ reliquit, & recadentiam illorum ſtipulata eſt. Id ſane intendiſſe cenſenda eſt, ut eadem roties

(*b*) *Jur. Eccleſ. Proteſtant. Lib. 1. Tit. 41. §. Inſt. Jur. Canon. dict. Tit.*
(*c*) *Rat. Jur. Pont. ad dict. cap. 1. in 6to.*

toties recadere debeat, quoties Agnati ſui cum extraneis concurrerent: ex prædilectione namque Agnatorum ita diſpoſuit.

§. 2.

Cum igitur iſtiusmodi Uxor Agnatos quidem magis quam extraneos, minus verò quam deſcendentes ſuos dilexerit, ea ipſius mens fuit, ut toties caſus recadentiæ exiſteret, quoties nulli deſcendentium ſuorum amplius ſupereſſent. Certè cauſa finalis diſpoſitionis perpetua eſt, conſervatio nimirum Familiæ in ſplendore, perpetuumque adeo producit effectum: quo caſu juxtà LAUTERBACHIUM (vid. *Obſervat. XI. §. 3.*) non ſufficit, ſemel impletam eſſe conditionem.

§. 3.

Atque ſic ſi Uxor recadentiam in iſtum caſum expreſsè ſtipulata, *ſi absque Liberis deceſſerit*, vel ſi Liberos quidem reliquerit, hi verò iterum improles deceſſerint, is non unicus recadentiæ caſus eſt, ſed & hunc non expreſſum ſub ſe continet, ſi Liberos reliquerit, velut Filiam, & hæc improlis quidem non deceſſerit, ſed neptem reliquerit, hæc autem iterum improlis mortua fuerit. Caſus enim exiſtit, quo nulli amplius deſcendentium ſuorum ſuperſunt. Et hic effectus eſt ille perpetuus cauſæ perpetuæ, iterataque impletio conditionis, quam ſuſtinet LAUTERBACHIUS.

Ita in cauſa von Grapendorff contra Wittgenſtein-Berleburg occurrebant Pacta Willichiana, quibus §. 14. diſpoſitum: Es ſollen auf den Fall, wenn aus dieſer Ehe keine Kinder übrig bleiben, oder dieſelbe alle ohne Hinterlaſſung Ritterlicher Erben mit Tod abgiengen, die einbrachte und Halbſcheid gewonnener Güther an jeder Seits nächſte Anverwandte nach rechter Sippzahl, woher ſie kommen, zurück fallen.

§. 4.

Infirmum proin eſt argumentum, quod Pactum Dotis reſtituendæ in defectum Liberorum à contrario ſenſu inducat Pactum retinendæ Dotis Liberis exiſtentibus: ſiquidem cauſa finalis Liberis quamvis exiſtentibus adhuc ſubſiſtit, ſi iterum mortui fuerint. Imo ſi Fideicommiſſum Familiæ univerſale in iſtiusmodi Domo viget, ad illud quoque talia reverſioni Stemmaticæ obnoxia bona pertinent.

§. 5.

Etſi proin Pater Filiæ ab inteſtato ſuccederet, ab Agnatis tamen, cum quibus ceu perſona extranea concurrit, vi Pactorum Dotalium priorum excluderetur.

§. 6.

Nec Filia illata Matris Pactis Dotalibus poſterioribus per modum ultimæ Voluntatis Marito ſuo relinquere poteſt: ſiquidem onere recadentiæ in eventum concurſus extranei cum Agnatis affecta ſunt: quod onus Teſtamenti factionem æque, ac nexus Fideicommiſſi excludit.

Nec probabile, quod prima paciſcens generum iſtum magis quam Maritum ſuum dilexerit, cui tamen illata ſua nonniſi uſufructuariè ad dies vitæ reliquiſſe ſupponitur.

Nec eo uſufructu gener gaudet, ſi ipſi expreſſè non relictus, illatis pleno Jure Agnatis iſtum in eventum concurſus addictis.

§. 7.

Et quoniam omnia illata onere recadentiæ affecta; igitur nec quicquam ex iis à Filia iſta primæ paciſcentis Marito Pactis Dotalibus relinqui poteſt, ſed ſi de facto quid relictum, Pacta Dotalia poſteriora, quoad paſſum iſtum prioribus contraria, nulla ſunt.

§. 8.

Quodſi modo deducta dubiis adhuc obnoxia viderentur, omnia profecto evaneſcunt, ſi novatio per Tranſactionem acceſſiſſet, qua clauſula, *ſi ſine Liberis deceſſerit, vel hi improles mortui fuerint*, ſeu conditio recadentiæ Dotis Matris in Filia repetita eſſet, Liberos quidem relinquente, qui verò iterum demortui. Tunc enim Liberis mortuis caſus exiſtit in ipſo Tranſacto expreſſus. Sic in caſu ſuprà dato contigit, Tranſactione Anno 1736. inita, & mortua Catharina Filia Dominæ de Grapendorff.

Unde *Sententia d. 3. Octobris 1755. publicata.*

In Sachen Weyland von Grapendorff, gebohrner von Wylich zu Diersfort, jetzo Wilhelm von Grapendorff, Klägern eines, wider Herrn Ludwig Ferdinand, Grafen zu Wittgenſtein-Berlenburg, Beklagten andern Theils, Mandati de ſolvendo Sortem quatuordecim Millium Florenorum debitam, cum Uſu-

ris

ris reſtantibus S. C. wie auch den nachhero prætendirenden Rückfall betreffend: iſt erkannt, daß Herr Beklagter, nach erfolgtem Abſterben Weyland der von Grapendorff und ihrer Tochter, das eingeklagte Capital von Vierzehen Tauſend Gulden, jedoch mit Ausnahm derer, bey jener Lebzeiten vom 5ten Junii 1741. bis 3ten Auguſti 1748. darab verfallenen und annoch rückſtändigen Zinßen, auszuzahlen nicht ſchuldig, ſondern davon zu abſolviren und loszuſprechen, mithin das ausgangen- verkünd- und reproducirte Mandat derentwegen als gefallen zu erklären ſeye; als wir hiermit nicht ſchuldig erkennen, abſolviren, loßſprechen, und gefallen erklären, die Gerichts-Koſten bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffen, aus bewegenden Urſachen gegeneinander compenſirend und vergleichend.

Dann ſo viel den nachhero weiters prætendirenden Rückfall betrifft, iſt ferners zu Recht erkannt, daß Lt. Zieglers Principal auch dem übrigen Verglich- und Ehe-Pacten-mäßigen Rückfall, ſo viel davon zu ſeinen Handen würcklich gekommen, ſtatt zu thun ſchuldig und dazu zu condemniren ſeye, weßhalb ihme, um ſich auf die [8] bemerckte übrige Rückfalls-Poſten ſpecificè vernehmen zu laſſen, annoch Zeit 2. Monath pro termino & prorogatione von Amts wegen anberaumt wird, mit dem Anhang, wo er deme alſo nicht nachkommen wird, daß auf gegentheiliges Anruffen auch in dieſen Puncten weiters ergehen ſolle, was Recht iſt.

Schließlichen iſt gegen Lt. Ziegler, um willen er ſeines Gegentheils Vollmacht als Subſtitutus zugleich unterſchrieben, die Straf der Ordnung vorbehalten, und ſolle Dr. Scheurer in dieſer oder nachfolgender Audienß einen anderwärtigen Subſtitutum benennen.

## OBSERVATIO XXXIII.

### *De Proceſſus Mandati degeneratione in Proceſſum ordinarium ſeu Citationis.*

§. 1.

PRoceſſus Mandati degenerat in Ordinarium ſive Citationis, vel facto partium vel caſu.

Priorem modum concernunt ſequentia B. DE LUDOLF (*a*) verba: *Quotus quisque eſt, qui neſciat infinitum numerum Mandato-*



(*a*) *Syſtemat. Jur. Camer. pag.* 80.

*datorum S. C. in utroque Supremo Imperii Judicio decretorum & deciſorum, in quibus merita cauſæ principalis fuerunt exactiſſime à Partibus diſcuſſa, licet in via Citationis forte aliud fuiſſet primæ Inſtantiæ Forum? Judici ſane tunc integrum erit, materiam Proceſſus, uti à partibus propoſita fuit, dijudicare.*

§. 2.

Fruſtrà non diſtinguit Lex *Ordinat. Camer. Part. 2. Tit. 23.* inter punctum paritionis & cauſam principalem, ſeu Cauſæ merita: Cumque dicta Lex ſolum punctum paritionis Cameræ reſervaverit, hæc verò coram Judice Ordinario decidi voluerit verb.: **das ſoll ihm an Orten, da es ſich ordentlicher Weiß gebühret ꝛc.** evidens eſt, quod ſolum Summariiſſimum ſummis Imperii Tribunalibus ad Mandata S. C. decernenda reſervaverit, nec per Proceſſum Mandati S. C. tota lis finiri poſſit, niſi accidentaliter Jurisdictio Cæſarea tacitè prorogata fuerit à partibus, ſeſe de facto, ad evitandas prolixiſſimas plurium Inſtantiarum ambages, cauſæ principalis meritis immiſcentibus.

Fit hoc ſæpius, unde B. DE LUDOLF *citat. loc. pag. m. 92.* pergit: *Et auſim affirmare, quod exempla introducti Petitorii poſt deciſam ſemel cauſam Mandati S. C. reperiantur pauciſſima. Noſtro tempore adhuc nullum vidimus, neque factum antea legimus:* Exempla tamen præbent, quoad Cameram Imperialem, cauſa **von Schlitz genannt von Görtz**, contra **Fulda**, Mandati **auf die Pfandungs**-Conſtitution, quoad Judicium Imperiale Aulicum, cauſa **Lippe-Bückeburg** contra **Lippe-Dettmold, die Brackiſche** Succeſſion **betreffend.** Sæpius verò à partibus non tantum ea, quæ ad Poſſeſſorium momentaneum ſpectant, ſed ordinarii, imo ob cohærentiam probationum ſimul Petitorii merita tractari, negandum non eſt. Nam ut ait B. DE LUDOLF (*b*), *Petitorii à Poſſeſſorio non eſt differentia magna: ubicunque enim per plenas probationes diſceptatur, quæ ſit poſſeſſio antiquior, quæ juſtior, ibi Petitorii Jura penſi habentur in Rationibus Decidendi.*

Atque ſic aſſertum MOSERIANUM (*c*), totum Poſſeſſorium adeoque etiam ordinarium per Mandata S. C. exhauriri, non ſubſiſtit, quando Mandata S. C. ſecundùm ſuam naturam conſiderantur, ſed eatenus tantum, quatenus accidentaliter factum partium accedit. Quodſi

(*b*) *Tom. II. Conſultat. & Deciſion. Forenſ. pag. 5. pag. 218. lit. B.*
(*c*) **Reichs-Hof-Raths**-*Proceß Tom. 1. cap. 1. §. 12.*

Quodſi verò de Juſtitia Poſſeſſionis conſtat, Formula pronunciandi in Judicio Imperiali Aulico eſt, v. gr. Fiat Paritoria **dahin, daß Kläger** in loco quæſtionis **das** Jus collectandi **zu** exerci**ren berechtiget, und dabey zu** manuteni**ren**, ſalvo Petitorio. In Camera hoc in caſu Paritoriæ adjici ſolet Clauſula: **Jedoch bleibet Beklagten, falls ſelbe Klägere Spruch und Forderung zu entlaſſen nicht gemeynet, das** Petitorium **bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht ein- und auszuführen ohnbenommen, ſondern vorbehalten,** ſicut **in Sachen Frau Abtißin zu Burſcheid, und der Gemeind daſelbſten, wider Burgermeiſter und Rath der Stadt Aachen,** Mandati novi Operis Inhibitorii & Reſtitutorii S. C. d. 26. Octobris 1754. Paritorias, quibus ſolum Summariiſſimum deciſum, refert ipſe Dn. DE MOSER *citat. loc. §. 13.* Exemplum in Camera Imperiali recentiſſimum ſuppeditat Cauſa **Freyherrn von Dürckheim** contra **die Unterthanen zu Booßen,** Mandati S. C.

*Sententia publicata d. 14. Aprilis 1755.*

**In Sachen von Dürckheim, Klägern eines, wider deſſen Unterthanen zu Booßen, Beklagten andern Theils,** Mandati de præſtando debitam obedientiam ac ſervitia, abſtinendoque ab omni læſione lignorum in Sylva quæſtionis & ſeditione S. C. **Iſt** Dr. **R. ſein des** Mandati arctioris **halber beſchehen Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern** Lt. **Scheurer Einwendens ungehindert, glaubliche Anzeig zu thun, daß dem ausgangen-verkündt- und** reproduci**rtem Kayſerlichen** Mandat, **mittelſt Leiſtung des ſchuldigen Gehorſams in Ge- und Verbott, ingleichen Enthaltung des eigenmächtigen Holtzfällens, und aller Empörungen gehorſamlich gelebet ſeye, auch künfftig gelebet werden wolle, Zeit 1. Monath** pro termino & prorogatione **von Amts wegen angeſetzet, mit dem Anhang, wo er deme alſo nicht nachkommen wird, daß ſeine** Principalen **jetzt als dann, und dann als jetzt, in die berührtem** Mandat **einverleibte** Pœn **fällig ertheilet, fernere** Proceſs **auch erkannt ſeyn ſollen.**

**Dann werden Beklagte in die Gerichts-Koſten bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffen, Klägern nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen ſchuldig erkläret.**

Dahin-

Dahingegen verſiehet man ſich zu dem Klägern, daß er denen Unterthanen zu keiner begründeten Beſchwehrde, ins beſondere in Forſtmäßiger Anweiſung des benöthigten Holtzes Anlaß geben werde.
Lis enim puncto der Waldungen apud Ordinem Equeſtrem pendebat.

§. 3.

Sed Praxin iſtam impugnat Dn. DE MOSER *(d)*. *Ad Primam* verò ejus rationum de querelis Statuum deſuper motis, reſpondeo, quod illæ unius vel alterius, qui ſuccubuit, fuerint. Qui verò damnum ſentit propria culpa, illud ſentire non cenſetur. Cur Poſſeſſorio vel Petitorio ſine proteſtatione ſeſe immiſerunt? Praxis Juri communi, cumulationem Petitorii cum Poſſeſſorio permittenti, conformis eſt.

*Ad Secundam* negatur, quod ad ſubſtantialia Proceſſus Mandati S. C. ſolius puncti Paritionis deciſio pertineat. Ad naturalia pertinet, ſeu ea, quæ regulariter obſervantur, quando Proceſſus in Terminis ordinariis ſubſiſtit. Ubinam vero prohibitum, ne Proceſſus eosdem egrediatur? Doctrina Juris de Petitorio liquido Poſſeſſorium abſorbente, nullam in materia de Mandatis S. C. paſſa eſt mutationem. Ergo *ad Tertiam*, Judex eam ſequi, Terminosque ordinarios Proceſſus, conſenſu Partium egredi poteſt. Nec *ad Quartam*, de mutatione Juris, nec de diſpenſatione circa illud quæſtio eſt. Juxta *Clementin. Sæpè. 2. de Verbor. Significat.* Judicis arbitrio relinquitur, utrum in Proceſſu Summario ad Proceſſum ordinarium ſpectantia, uti Poſitiones, Interrogatoria, admittere velit, nec ne. Ergo propitio Jure, accedente Partium Conſenſu, Petitorium ſimul cum Poſſeſſorio definit. Cumque adeo *ad Quintam*, ipſæ Leges Praxin iſtam approbent, nulla circa eas diſpenſatione opus eſt. *Ad Sextam*, cum qua coincidit *Nona*, *Receſſ. Deputat. de Anno 1600. §. 61.* & reliquæ Leges Imperii de Terminis ordinariis Proceſſus Mandati agunt, eorum verò transgreſſionem conſenſu partium accedente non prohibent. Partibus beneficium Proceſſus ſummarii indulſerunt. Ei verò Partes renunciare poſſunt, ſi eo citius ad exitum totius cauſæ perveniendi ſpes ſupereſt. *Ad Septimam*, expreſſa Proteſtatio de ſe non intromittendo

(d) *citat. loc. cap. 1. §. 12. & §. 36. cap. 3.*

tendo deficere præſupponitur. Partibus eam non interponentibus ceu volentibus nulla fit injuria. *Ad Octavam* nemo negabit, quo citius pars impetrans ad exitum totius cauſæ expenſarumque finem pervenit, eo magis juſtitiæ ſatisfieri; alias ſponte ſeſe meritis cauſæ immiſcens moram ſibi ipſi imputet.

*Ad Decimam* Partes ſponte meritis cauſæ ſeſe immiſcentes Auſtrægis renunciant, prout renunciare poſſunt.

*Ad Undecimam* ſi pars alterutra Petitorium in ipſo Proceſſu Mandati ſimul terminari nolit, eidem ſeſe non immiſcere debet, ſaltem nonniſi ſub expreſſa proteſtatione de ſe non intromittendo, ad elidendam cumulationis utriusque Judicii exceptionem.

*Ad Duodecimam*, prorogatio Jurisdictionis Cæſareæ nullibi prohibita eſt. Quilibet favori pro ſe introducto renunciare poteſt; ergò & illi, qui in ſummaria cauſarum tractatione conſiſtit.

§. 4.

Inter famoſiſſima moderni temporis Exempla Praxeos hujus, occurrit quoddam **in Sachen Nieder-Weiſel Gemeinde** contra **Herrn Friedrich Wilhelm Grafen zu Solms-Hohen-Solms, deren Räthe und Bediente**, utpote in qua d. 4. Septembris 1730. decretum Mandatum, de abſtinendo ab inſolito modo decimandi C. C. Poſt Sextuplicas verò cauſa in Petitorio adeo inſtructa erat, ut in eodem, quamvis petitum Domini tantum ad manutenentiam in Poſſeſſorio directum fuerit, pronunciaretur *(e)*.

In Judicio Imperiali Aulico hoc in caſu loco Paritoriæ ita concludi ſolet: Fiat Sententia, **daß Kläger bey dem** Jure e. gr. Collectandi **nicht nur zu** manuteni**ren, ſondern ihme daſſelbe auch zu** adjudicir**en ſeye.**

Cæterum ex præmiſſis & id patet, Praxin atque opinionem MOSERIANAM una ſubſiſtere poſſe, ſi illam ceu caſum exceptum, hanc verò ceu regulam conſideremus.

§. 5.

Caſu Proceſſus Mandati degenerat in Proceſſum Citationis, ſi caſu fundamentum, cui Mandatum ſuperſtructum corruit, ſimul tamen ſtabilitur principium, veluti recadentiæ bonorum,



(e) *Sentent.* vid. *Part. II.* Neben-Stunden, *III.* Abhandlung.

quo non ſolum nova actio ratione ejusdem objecti ſuperinducta, ſed & Jus Actoris ita liquidum apparet, ut Reus condemnari debeat, ſalva tamen liquidatione. Sic enim ob individuitatem objecti, & inde reſultantem continentiam cauſæ, fundata eſt Jurisdictio, officioque Judicis nobili, poſtquam Mandatum caſſatum, mediante Actoria puncto liquidationis cauſa tota ad exitum ſuum promovetur. Etſi proin in Proceſſu Mandati regulariter locum non habeat Reconventio, prout inferius patebit, hic tamen eo minus excludi poteſt, quo certius eſt, Proceſſum degeneraſſe. Quam ob cauſam quoque Mandatum expreſsè caſſari ſolet, uti ſervatum in cauſa *Obſervationis præcedentis*.

## OBSERVATIO XXXIV.

### *Proceſſus ſummarii ab ordinario differentiæ non ſunt ideæ confuſæ, nec vix intelligibiles.*

PRæſuppoſito eo, quod ad *Obſervationem præcedentem* deductum, Proceſſum nempe Mandati in ordinarium degenerare poſſe, prona eſt conſequentia, Proceſſus ſummarii ab ordinario differentias non eſſe ideas confuſas, prout B. DE LUDOLF (*a*) viſum. Ecquale beneficium Proceſſus ſummarius eſſet, ſi ab ordinario non differret? Quod tamen beneficium Proceſſus Summarii, in ſe continet rationem *Receſſus Deputationis*, quando de non immiſcenda cauſa principali diſponit, ne ſcilicet partes dicto beneficio priventur.

Eccur olim in Camera in dubium vocatum fuiſſet, num in Cauſis Mandatorum C. C. ultra Supplicam ſpecialis adhuc Libellus requirendus ſit, ac demum in *Receſſ. Imper. de Anno 1594. §. 80.* deciſum, eodem opus non eſſe, quam quod credebatur, per oblationem Libelli, differentiam inter Proceſſum ordinarium & ſummarium, qualis etiam Proceſſus Mandatorum C. C. eſt, tolli?

Nec Proceſſus naturalis, qualis eſt ſummarius, indoles requirit, ut lis ex officio pro conteſtata, vel cauſa pro concluſa acceptetur, ſub Formulis: **Iſt** Lis pro conteſtata **angenommen: Iſt die Sache** ex officio pro concluſa **angenommen**, ſed

(*a*) *Syſtemat. Jur. Camer. pag. m. 49. num. 33.*

ſed Judex ſine hisce formalitatibus, prævia quacunque rei ad petitum Actoris reſponſione, numeroque Exhibitorum ſeu Productorum completo, ad Sententiam progredi poteſt.

E contrario Proceſſus ordinarii figuræ ſolennitates hæ conveniunt. Abſona igitur non eſt SPECULATORIS (MARANTÆ) ſententia, ſed differentia intellectu facilis, ſi in Proceſſu ſummario omnibus Solennibus, quæ Leges ac Mores ſtabiliverunt, poſthabitis, & admiſſis tantum iis, quæ recta ratio ad indagationem veritatis & facti dubii requirit, procedi cum LEYSERO (*b*) ſtatuas.

Ex quo dein prono fluit alveo, 1.) OblationemLibelli, 2.) Litis conteſtationem, 3.) ExamenTeſtium citata utraque parte ad videndum jurari & dandum Interrogatoria, 4.) Submiſſionem ſeu Concluſionem, in ſolo Proceſſu ordinario, non ſummario requiri.

Eo valet Concluſum Judicii Imperialis Aulici in cauſa **zu Schwartzburg Fürſt Henrich** contra **Sachſen-Weymar**, Turbationis & Violentiarum d. 3. Septembris 1744.

Impetratiſ**cher Anwald Gulmann** ſub præſentato 2**ten** Junii nup. **übergibt allerunterthänigſte Anzeige** ad Reſcriptum Cæſareum d. 6. Februarii a. c. **und fernerweite Vorſtellung und Bitte**, pro clementiſſimè decernenda Communicatione Exhibiti adverſi de præſentato 29. Octobris a. p. ac concedendoTermin. 2. Menſ. ad deducendum deducenda, appon. ult. Concluſ.

Idem ſub præſentat. 12. Auguſt. noviſſ. **übergibt allerunterthänigſte fernerweite Vorſtellung und Bitte**, pro clementiſſimè maturanda Relatione Exhibiti de præſentato 2. Junii nup. ac deferendo petitis, nempe decernenda communicatione Exhibiti partis adverſæ de præſentato 29. Octobris a. p. ad deducendum deducenda, necnon manutenendo partem impetratam in libero exercitio Superioritatis territorialis, & antequam Lis in Petitorio deciſa fuerit, per Inhibitiones vel alias Ordinationes Cæſareas nihil in præjudicium ſtatuendo, appon. Signum ⊙. in duplo.

1mò.) Fiat quidem Communicatio Replicarum, ſed ad ſolam notitiam, **dahingegen laſſen es**

2dò.) **Ihro Kayſerliche Majeſtät, Einwendens ohngehindert, bey dem Kayſerlichen** Reſcripto Paritorio d. 24. Martii nup.



(*b*) *de Cauſ. Summar. pag.* 12.

um ſo mehr bewenden, als ſelbiges nur lediglich das zur Genüge beſcheinigte Poſſeſſorium ſummariiſſimum, und die eingeklagte Facta turbativa, wo es eben einer plenariæ Cognitionis Cauſæ, denen kundbaren Rechten nach, nicht bedarff, anbetrifft.

3tiò.) Sollte aber der Fürſtliche Impetratiſche Theil den Anno 1731. von ihme ſelbſten mit unterſchriebenen und verfertigten Vergleich anzufechten, oder etwa ſonſten anderweite rechtliche Nothdurfft beyzubringen gemeynet ſeyn; ſo bleibet ſolches dem obgedachten Fürſtlichen Impetratiſchen Theil in ſeparato auszuführen jederzeit frey und unbenommen, welchen Falls auch hierüber die forderſamſte Kayſerliche rechtliche Reſolution nach Maaßgab der gleich durchgehenden Juſtiz erfolgen ſolle.

Errant quoque, quibus ZENO & JUSTINIANUS in *L. 12. & 13. Cod. de Judiciis.* abolito Proceſſu ordinario ſummarium retinuiſſe videntur, quia lites compendiosè tractari voluerunt. Verbis hiſce exulare tantum jubent, quod ad meram cauſæ protelationem à Partibus affertur, prout etiam *§. 50. Receſſ. Imper. Noviſſ.* à ſingulis Proceſſibus Cameralibus prolixitates illas amputat. Et in ſpecie *§. 61. Receſſ. Deputat. de Anno 1600.* omne ſuperfluum rejiciendum ſtatuit? Quemadmodum hiſce duabus Sanctionibus Imperii per injunctam compendioſam cauſæ tractationem dilationum uſus tantum reſtrictus; ita & iſtæ Leges nihil aliud intenderunt, ſicut ex *§. 2. L. 13. Cod. de Judic.* liquido apparet. Inde triennium, intra quod civiles, ac biennium, intra quod cauſæ criminales finirentur, à JUSTINIANO *dict. Lege*, & *L. ult. Cod. ut intrà certum tempus criminalis quæſtio terminetur*, præfixum, quod verò in Praxi nunquam receptum.

## OBSERVATIO XXXV.

### *Exceptiones contra Judicata Cameralia & Mandatum de exequendo ex novis cauſis oppoſitæ, ad cognitionem Cameræ Imperialis remittendæ ſunt.*

JUdex Executionis Judex cognitionis non eſt, ſed ſi hac adhuc opus, Judicis officium nondum finitum, eoque minus, quo clarius, eundem minimè cognitionem, ſed Executionem tantum alteri commiſiſſe.

Præ-

Præterea quod ſi quis Judicis Mandato ob Jus ſuum prætenſum ſeſe opponit, honos ei debitus, eoque magis adeo Summi Judicii authoritas exigit, ut ipſi demonſtret, quænam cauſa nova ſubſit, ob quam Mandatum executioni dari nequeat, præſertim ſi is antea jam ex. gr. qua Creditor in lite fuerit, nec Sententiam impugnaverit.

Quamobrem

*Sententia publicata d. 3. Octobris 1755.*

In entſchiedener Sachen des hieſigen Collegiat-Stiffts B. M. V. wider Mathäiſche Creditores, Appellationis; nunc Mandati de Exequendo, wird der ernannten Executions-Commiſſion den Johannes Heuſer mit ſeinen Exceptionibus gegen die demandirte Execution an dieſes Kayſerliche Cammer-Gericht zu verweiſen, und ſelbigen, wo er dieſes Zeit 6. Wochen nicht thun wird, daß es alsdann bey der aufgetragenen Execution lediglich belaſſen werden ſolle, zu bedeuten, hiermit aufgegeben; Dann ſoll Lt. Z., daß er ſeinen Principalen von dieſer Urthel die ſchuldige Nachricht gegeben, in eodem termino die behörige Anzeig thun.

## OBSERVATIO XXXVI.

### *Poſt decretam & inſinuatam Citationem ſuper Nullitatibus inſanabilibus, absque inhibitione & Compulſorialibus, ſi Judex inferior ulterius procedit, nulliter non agit.*

Citatio ſuper Nullitatibus absque inhibitione quidem plerumque decernitur, ob præſumptionem contra Nullitates inſanabiles pro Judice militantem. Quodſi tamen Nullitates apertæ videntur, præſumptio illa veritati cedit, inhibitioque annecti ſolet. Ita in cauſa Richerß contra den Magiſtrat der Stadt Hamburg, ad Supplicam pro decernenda Citatione ſuper Nullitatibus cum Inhibitione & Compulſorialibus, die 4. Maji 1754. Decretum: Erkannt.

Idem teſtatur RODING (*a*) verb. *cum hoc caſu ſit præſumptio pro Sententia, Supplicantis narratis non creditur, in tantum ut vix meminerim, una cum Citatione ſuper nullitate, inhibitionem obtentam eſſe, una ſaltem cauſa excepta, ſcilicet H. contra*



(*a*) *Lib. 1. Tit. 21. §. 11.*

*contra H. in qua 11. Februarii Anno 1659. ob Nullitates contra Conſtitutiones Imperii aperte commiſſas, inhibitio cum Citatione ad videndum deduci principaliter Nullitates ſimul decreta fuit.*

Etſi vero Præſumptio illa inhibitionem excludat, minime tamen probationem contrarii, nempe nullitatum inſanabilium vere commiſſarum excludit. Quæ cum Acta priora requirat, Compulſoriales annecti ſolent, & quidem nonnunquam ex officio, licet petitæ non fuerint, adeo ut ſi nec petitæ nec ex officio decretæ, id indicio ſit, Senatui ſtatim ex Supplica pro Citatione ne minimam nullitatum inſanabilium apparuiſſe umbram. Quo caſu eo facilius intellectu eſt, cur nulla annexa fuerit inhibitio.

Cui porro conſequens, quod ſi Judex poſt inſinuatam Citationem ſuper nullitatibus absque inhibitione & Compulſorialibus aliam adhuc tulerit Sententiam, hæc nulla non ſit, eoque minus, ſi illam mutatis circumſtantiis tulerit, velut poſt mortem Matris ex interdicto retinendæ agentis, ad Actionem filii ceu hæredis devolutarii Jure proprio ſuccedentis, repudiataque Matris hæreditate ex interdicto quorum bonorum agentis. Sententia namque contra ſententiam dicenda non eſt, quæ ex nova cauſa, ſeu ad novam Actionem, ab alia Perſona, mortuam non repræſentante, inſtitutam lata, German. nach nunmehro erfolgtem Abſterben ſeiner Frau Mutter, item auf Erſehung des Verfolgs, ita judicatum in Cauſa Leiningen-Guntersblum contra Leiningen-Heidesheim, d. 3. Octobris 1755. cui Obſervatio ſequens majorem affundit lucem.

Certe inexorabilis mihi videtur conſequentia: ſi ſententia ex falſo ſuppoſito & falſa cauſa lata corrigi poteſt, multo magis ſententia ex nova cauſa corrigi poteſt.

Antecedens probo per ſolide deducta in Voto Domini Collegæ, maximo honoris cultu proſequendi: Ein Judex præſertim omnium ſupremus könne eine Sentenz detecto errore vel falſo ſuppoſito gar wohl aufheben und corrigiren,

vid. præprimis *L. ult. Cod. de Appellat. & Conſultat. L. 5. eod. quomodo & quando Judex &c. in fin. L. 2. eod. de Sentent. ex peric. recit. verb. exceptis tam viris &c.*

ſo daß es dieſerwegen nicht einmal der Interponirung eines förmlichen Remedii bedörffe, ſondern qualis qualis & nuda Judicis imploratio hinlänglich ſeye.

per *L. 7. Cod. quando provoc. eſt recip.* Mevius

Mevius ſchreibe hiervon more ſolito ſehr gründlich alſo:

Etſi res judicata pro veritate habetur, & de non ente ens facere dicitur, non aliter tamen, quam ſi ex juſta cauſa fertur. Si falſa ei originem dederit, ſeu ſi in quo Judex ipſam fundat, nullum vel falſum reperitur, utique & ipſa corruit, nec cum cauſa ceſſat, res judicata effectum habet, vid. *Part. III. Deciſ. 104.*

und an einem andern Orte ſchreibe er hiervon wiederum alſo:

Etſi enim Judicem ſemel ſeu bene ſeu male officio functum poſtea ſententiam mutare non poſſe dicatur, adeoque nec revocare nec corrigere, & ſententia contra ſententiam non valeat: haud tamen illud eo porrigendum eſt, ſi Judex ſuo errore vel partium circumductione inductus fuerit, ad pronunciandum ſententiam plane nullam & injuſtam. Quæ ut nomen ſententiæ non meretur, nec vim & effectum habet, ita ſententia contra illam prolata non recte dicitur eſſe contra Sententiam. Ideo etiam Judex quando dixit, tanquam ſi nullam antea dixiſſet, non impeditur etiam rectiorem, agnito errore vel iniquitatis ſenſu, proferre. At dictum officium Juſtitiæ ipſius minimè per Sententiam injuſtam exſpirat, aut impedit, quin ad juſta, quod pronunciatum, redigatur.

*Part. VI. Deciſ. 256.*

allwo zugleich MARANTA, VANTIUS, MAGONIUS & CURTIUS allegiret werden, welche insgeſamt behaupten: ipſo jure nullam eſſe ſententiam, quæ lata eſſet ſuper falſis præſuppoſitis, vel falſa cauſa, vid. *ibid. ſub Num. 8.*

Ferner ſchreibe der berühmte Doctor Juris Canonici ENGEL in ſeinem ſchönen Collegio Jur. Canon. folgender maßen hiervon:

Denique, ſi Judex ex errore aut falſa cauſa vel præſumptione proceſſerit - - - talis Sententia non tranſit in rem judicatam, ſed detecta veritate revocari poteſt.

vid. *ad Tit. Decretal. de Sentent. & de Judicio pag. 459. num. 25.*

Es wären aber auch nun angeführte Säße an ſich der Analogiæ Juris völlig gemäß.

Dann wie überhaupt Veritas Baſis Fundamentum & Mater Juſtitiæ & Judicis oculus, juxtà VIVIANUM *in Deciſ. 189. in fin.*

*in fin.* genennet zu werden pfleget; alſo müſſen auch alle Judices ſich äuſſerſt angelegen ſeyn laſſen, bey allen fürfallenden Rechts-Händeln die Wahrheit auf das genaueſte heraus zu bringen.

*L. 2. Cod. de edend. L. unic. in fin. Cod. de dedit. lib. toll.*

und in *L. 6. §. 1. ff. de offic. Præſ.* hieße es dieſerwegen ſehr nachdrücklich alſo:

Veritas rerum erroribus geſtarum non vitiatur, & ideo Præſes Provinciæ id ſequatur, quod convenit eum ex fide eorum, quæ probabuntur, ſequi.

Gleichwie nun auch hiernächſt zu eben dem Ende, ut ſcilicet veritas ſemper victoriam reportet, in denen Legibus klärlich verſehen iſt, daß, wann ein Judex per falſa Inſtrumenta, vel quoque Teſtimonia verleitet worden, eine Sententiam iniquam zu fällen, ſo dann nach entdeckter circumventione religionis judicantium auf keine rem judicatam geſehen, noch ſelbige attendiret, ſondern vielmehr die widrige Sentenz ad normam veritatis reduciret und abgeändert werden ſolle,

per *L. 11. ff. de Except. & Præſcript. l. 33. ff. de re judicat. L. 2. Cod. ex falſ. Inſtrum.*
vid. BRUNNEMANN. *in Comment. ad h. l.* & STRECKER *in Diſſertat. de Sentent. ipſo jure null. 17. & 18.* item BOEHMER *in Jur. Eccleſiaſt. Proteſtant. Volum. 3. pag. 1413. & ſeqq.*

So könne wohl kein Zweiffel obwalten, daß ob identitatem rationis eine Sententia ex falſo ſuppoſito & qualibet falſa cauſa lata ebenfalls, non obſtante re judicata, detecto errore & falſo wieder aufgehoben werden müſſe.

## OBSERVATIO XXXVII.

### *Contra abſolutoriam à Citatione ſuper Nullitatibus inſanabilibus, Reſtitutio in integrum locum non habet.*

IStiusmodi abſolutoria vel emanavit ob Non-devolutionem cauſæ, velut propter obſtans Privilegium de non appellando, vel propter Nullitates non repertas.

Si Primum, Recurſus ad Cameram nunc in Reſtitutorio peræque ac tunc eſt præcluſus, prout etiam B. DE LUDOLF (*a*) jam

(*a*) *Syſtemat. Jur. Camer. Sect. II. §. 6. num. 54.*

jam obſervavit, à Sententia Non-devolutoria non dari Reſtitutionem in integrum.

Sin Secundum, nova ſuper Nullitatibus inſanabilibus, de quibus *Receſſ. Imper. Noviſſ. §. 121.* per ipſam rerum naturam non ſunt producibilia, modo probè inter nullitates & iniquitates Sententiarum diſtinguas, & obſerves, quod b. DE LUDOLF (*b*) inculcat: *Quod ſi Referens modernus vel Senatus aliam foveret Sententiam, judicatum infringi nequeat Senatus priſtini.* Certe absque novis non Reſtitutio in integrum ſed Reviſio peteretur, cum tamen Senatus unus non ſit Reviſor alterius.

Quibus ita conſtitutis ulterius liquet, eodem in Caſu, ſi Citatio ad reaſſumendum, Reſtitutorium nempe, impetrata, hoc corruente, & illam velut tecta ſublatis columnis labi. Illa enim deteriorem facere nequit conditionem Partis imploratæ: cum ad quamlibet cujusvis petitionem decernatur, cauſæ ipſius merita non tangens, adeo ut ea emanata iterum ſit copia excipiendi, replicandi, duplicandi.

Inde

*Sententia 3. Octobris 1755. publicata.*

**In entſchiedener Sachen Weyland Herrn Emich Chriſtian, Grafen zu Leiningen, jetzo Herrn Carl, Grafen zu Limburg, Styrum, Bronckhorſt und Globen** & Conſort. **wider auch Weyland Herrn Johann Carl Auguſt, Grafen zu Leiningen, jetzo Herrn Chriſtian Carl, Grafen zu Leiningen-Heydesheim,** Citationis ſuper Nullitate Proceſſus & Immiſſionis, nunc petitæ Reſtitutionis in integrum: **Iſt die** adverſus Sententiam Cameralem d. 29. Octobris 1697. latam, **gebettene** Reſtitutio in integrum **abgeſchlagen; darauf erkannt, daß beſagter Herr Beklagte von der wider ihn ergangenen Ladung** ad reaſſumendum **zu** abſolviren **und entledigen ſeye; als wir hiermit abſchlagen,** abſolviren **und entledigen, die Gerichts-Koſten derentwegen aufgelauffen, aus bewegenden Urſachen gegeneinander** compenſirend **und vergleichend.**



(*b*) *citat. loc. pag. m. 240.*

## OBSERVATIO XXXVIII.

### *Si in Lite inter Vaſallum & Dominum, ille ad Judicium Parium adhuc receptum provocat, hic vero illud recuſat, ex capite denegatæ Juſtitiæ patet Recurſus ad Judicia Imperii ſuprema.*

CLariſſima eſt Textuum *Juris Feudalis* 1. *F.* 1. *c.* 1. 1. *F.* 10. diſpoſitio: *ſi contentio fuerit inter Dominum & fidelem de Inveſtitura Feudi, per pares Curiæ dirimatur.*

Non deſunt equidem, qui hoc Judicium in Germania in deſuetudinem plane abiiſſe volunt; in Archiepiſcopatibus tamen Moguntino, Trevirenſi, Colonienſi, Epiſcopatu Bambergenſi & Würceburgenſi &c. adhuc obtinet (conf. BURCKH. GOTTH. STRUV. *Jurisprud. Feudal. ex edit. Hellfeld. c. XIX. §. 499.* & JENICHEN *Schediasma de uſu Judicii parium Curiæ in Germania.*)

Atque ſic aperta Juſtitiæ denegatio eſt, ſi Judicium Parium ubi adhuc obtinet, Dominus recuſat, ad quod Vaſallus in Lite cum illo provocat.

Ea vero ſola Jurisdictionem ſupremorum Imperii Tribunalium fundat, *Receſſ. Imper. 1512. §. 58. Ordinat. Camer. 1555. part. 2. tit. 1. §. 2.*

Et quemadmodum non denominatis Auſtrægis Recurſus patet ad Cameram (*Ordinat. Camer. part. 2. tit. 2. §. 3. tit. 4. §. 2.*), ita ob paritatem rationis idem valet de Judicio Parium à Domino directo recuſato. Eoque magis tunc, ſi Domini Feudorum, etiam Eccleſiaſtici, velut Abbates, Poſſeſſores ſeu Detentores ſunt bonorum immediatorum (BLUM. *tit. 26. num. 43. 44.*), etſi adhuc ſuper immedietate lis ſit, modo Ordo Equeſtris in Poſſeſſione deprehendatur. Inde in Sachen von Buſeck contra Abten und Convent des Gotteshauſes auf St. Jacobs-Berg bey Maynß, Citatio Decreta ſuper protracta vel denegata Juſtitia, & ad videndum ſe condemnari ad concedendum Inveſtituram & deoccupandum Feudum Planig, cum Fructibus perceptis & percipiendis & omni cauſa.

Super immedietate prædii in Judicio Imperial. Aul. Lis pendebat. Ordo vero Equeſtris teſtabatur: daß das Prædium Cataſtro

Cataſtro und Matricul der Ober-Rheiniſchen Ritterſchafft würcklich incorporiret, und von des Vaſallen Vorfahren zu der Ober-Rheiniſchen Ritter-Truhen würcklich verſchätzt worden. Welchemnach die Abtey auf dem Jacobs-Berg bey Mayntz, obgleich ſelbige dem Hohen Ertz-Stifft Mayntz in aliis unterworffen ſeyn möge, dahier tanquam Poſſeſſor ſeu Detentor eines unmittelbaren Reichs-Ritter-Guths zu conſideriren, und in ſolchen Fällen, teſtante BLUMIO *citat. loc.* auch wider ſolche Herren Geiſtliche, tanquam Poſſeſſores Bonorum immediatorum in Camera Imperiali füglich Proceſſus erkannt werden mögen.

Id namque in aprico poſitum, quod, quando ex antiquo Germaniæ more ſemper licuit ad Imperatorem deferre querelam ſuper protracta vel denegata Juſtitia contra quemcunque Judicem immediatum (vid. BOEHMER *de Provocat. Jur. German.*); eundemque morem expreſsè retinuerunt Leges Imperii Judiciariæ ſuprà allegatæ; pro tali immediato Judice etiam Dominus Feudi in Lite cum Vaſallo ſuper Inveſtitura haberi debeat, ſi Poſſeſſor ſit Prædii immediati ſeu Ordini Equeſtri incorporati, ſaltem talis, in cujus Poſſeſſione Ordo Equeſtris eſt, etſi ſuper immedietate adhuc Lis in Judiciis Supremis Imperii pendeat. Nec alius Judex ſupereſt, ſi Judicium parium, & Domini Territorialis, ob Litispendentiam deficit, quam ſuprema Imperii Tribunalia.

## OBSERVATIO XXXIX.

### *De Summis Imperii Tribunalibus injurias ſibi illatas vindicantibus.*

§. I.

ADvocatum, ſi Judicem vel adverſarium injuriis, convitiis, vel cavillationibus laceſſit, arbitrarie puniri, imo pro ratione circumſtantiarum inſimul à praxi removeri poſſe, Juris notiſſimi eſt.

Nec obſtat *l. 6. §. 1. Cod. de Poſtulat.* Imperatorum VALENT. & VAL. ſequentem continens Sanctionem: *ante omnia autem univerſi Advocati ita præbeant patrocinia jurgantibus:* ut non ultra quam NB. litium poſcit utilitas, *in licentiam conviciandi, & maledicendi temeritatem prorumpant: agant, quod cauſa deſiderat: temperent ſe ab injuria.* Quæ ultima verba clariſſimo

argumento ſunt, Legem non de injuriis formaliter ſed materialiter talibus, & de libera facti turpis propoſitione, ſeu verbis in factum attemperandis intelligendam eſſe v. gr. ſi quis contra teſtem ob delictum commiſſum exciperet.

§. 2.

Quid? quod etſi alias nemo in propria cauſa judicare debeat; Judex tamen ſeu Magiſtratus injuriam notoriam ſibi ratione officii, ut Judici & Magiſtratui illatam in continenti, ſine alia accuſatione, & Juris ordine prætermiſſo vindicare, & injuriantem punire poteſt. Cujus rei rationem genuinam GAILIUS (*a*) ſuppeditat: quod nimirum pœna iſta ad vindictam reipublicæ tendat, cum huic potius, quam perſonæ Judicis injuria facta; adeoque cauſa aliena potius quam propria cenſenda, imo in notoriis magis eum exequi, quam cognoſcere, aut pronunciare exiſtimandum ſit. Qua ex ratione LEYSER (*b*), inferiorem quoque Magiſtratum delictum ab Advocato adverſus ſeipſum commiſſum optimè per Interdictionem Fori & præterea aliam pœnam extraordinariam, ulciſci ſtatuit.

§. 3.

miteinander erzeugt hätten, mit Tod abgienge und ſtürbe, daß alsdann das andere, ſo noch am Leben blieben wäre, mit all des verſtorbenen Haab und Güthern vor männiglich vererbt seyn ſolle, wo dann das andere hernacher ohnverehligt, oder ohne Hinterlaſſung Leibes-lebendiger Erben mit Tod abgehen ſollte, ſollen alsdann alle ihrer beyden Eheleuthen verlaſſene Haab und Güther auf beyderſeits Freundſchafft, als nemlich der halbe Theil auf ſein des Mannes, und der andere halbe Theil auf ihr der Frauen nächſte Freund ſterben und fallen, doch haben beyde Eheleuthe hierinnen ausgenommen, als er der Mann Dreyßig, und ſie die Frau Fünffzig Gulden, alſo, daß jedes Macht haben ſolle, in communi forma, ſi non manebunt cum cæteris Bonis, und im Fall er der Mann vor ſeiner Dorothea Dürrin zu Greüſſen mit Tod abgehen ſollte, und ſtürbe, und ſich hernacher ein Tod oder Theilungs-Fall mit ernannter ſeiner Mutter zutrüge, ſolle nichts deſto weniger ſie die Frau ohne ſeiner des Mannes Mutter Verlaſſenſchafft, als wann er den Fall ſelbſten erlebet hätte, erben. Proclamatum ibidem, omnes promiſerunt ſervare ratum, nemo contradixit.

Im Fall conſenſit Dorothea Durrin daß Condonanten Mutter in der Perſon

Georg Henrich Romeiſen, Dr.
Voy-Syndicus.

*Copia Proclamatis confirmati* am Land-Gericht nach *Martini* den *16*ten *Novembris 1722.*

Herr Pfarr zu Unter-Leinach ꝛc. es wollen Hanns Liechard Spohr, und Barbara deſſen Eheliche Haußfrau daſelbſten vor uns auf das nächſtere Land-Gericht das am Montag nach Martini den 16ten Novembris anfangen wird, einander alle ihre Haab und Güther, die ſie anjetzo haben, und hinfüro immer miteinander gewinnen, ererben, und erobern mögen, aufgeben und vermachen, alſo und dergeſtalten, da ihrer eines vor dem andern ohne Hinterlaſſung Leibes-lebendiger Erben, die ſie ehelichen miteinander erzeuget hätten, mit Tod abgienge und ſtürbe, daß alsdann das andere ſo noch am Leben blieben wäre, mit all des verſtorbenen Haab und Güthern vor männiglich beerbt seyn ſolle, wo dann das Letztlebende hernach ohnverehliget ohne Leibes-lebendige Erben mit Tod abgienge und ſtürbe, ſolle das hinterlaſſene ſämtliche Vermögen

auf

auf beyderſeits Freundſchafft, nemlich der halbe Theil auf ſeine des Mannes, und der andere halbe Theil auf ihr der Frauen nächſte Freunde ſterben und fallen. Doch haben beyde Eheleuthe hierinnen ausgenommen, als er der Mann Zwey Hundert- und ſie die Frau ebenfalls Zwey Hundert Gulden Fränckiſch, und jedes ein gerüſtes Bette, alſo daß jedes Macht haben ſolle, in communi Forma, ſi non manebunt cum cæteris Bonis, demnach ꝛc. So geben Würtzburg den 17ten Octobris 1722.

De Proclamatione teſtabitur Parochus Die Manu & Sigillo propriis. Den 15ten Novembris proclamavit

(L. S.) J. Udalricus Liebing, Parochus in Leinach.

§. 3.

Quæſtio itaque oritur: An Proclama Condonationis mutuo conſenſu iterum tolli queat, an vero ad id Proclamate Caſſatorio opus ſit?

Jam verò neque de Conſtitutione Provinciali, neque de Obſervantia conſtat, quibus tale Proclama requireretur, neque Pactis communiter conventum, ut revocatio nonniſi judicialiter fiat. Ergo juxta naturam Pactorum quæſtio decidenda, quæ ut judicialiter revocentur, nulla efflagitat neceſſitas, etſi Pacta Succeſſoria ſupponas.

§. 4.

Ex quo ſponte ſua fluit, diſpoſitionem v. gr. Mariti Proclamati contrariam Jure ſubſiſtere, ſi in eandem condonans v. gr. Uxor conſenſerit, modo conſenſus probari queat. Probatus verò eſt ipſa Partis confeſſione, ſi tantum ex eo capite impugnatus, quod metu Gehennæ à Parocho loci extortus ſit; utpote qui obligationem ex promiſſo vel conſenſu æque minus ac metus reverentialis tollere poteſt. Ecquis dubitabit, pœnitentiam voluntatem antecedentem ſupponere? Cave ab Unione Prolium ad Pacta illa Condonationum argumenteris. Ibi de Jure alteri quæſito, præjudicioque tertii agitur, & propterea cauſæ cognitio requiritur, quæ ſingula hic ceſſant, ubi ſolius Uxoris intereſt.

Hinc in Sachen Johann Leonhard Spohr contra Jörg Roth & Conſortes ein Vermächtnüß zwiſchen David Dürren und

Barbaram ſeiner Ehefrauen, de dato 16. Aprilis 1720. betreffend, in Inſtantia prima Judicii Provincialis Cæſarei lata Sententia, daß obgedachte Vermächtniß für gültig und kräfftig zu erkennen ſeye, im übrigen aber bey dem Anno 1695. am Land-Gericht nach Oculi zwiſchen obigen Eheleuthen aufgerichteten Proclamate Donationis es ſein Bewenden habe, maßen alſo für gültig und kräfftig erkannt wird und ſein Bewenden hat von Rechts wegen. Publicatum Würtzburg am Land-Gericht nach Judica den 5. April. 1724.

A qua Sententia cum ad Regimen Appellatio interponeretur, ibi d. 13. Martii 1726. Reformatoria lata. At ab hac iterum Appellatione in Camera introducta, prior confirmata Sententia:

In Sachen Leonhard Spohr Appellanten eines, wider Jörg Roth und Conſorten Appellaten andern Theils: iſt allem An- und Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter nächſt voriger Inſtantz übel geurtheilet, wohl davon appelliret, dahero ſolche Urthel zu reformiren, und es bey der am Land-Gericht den 5ten Aprilis 1724. publicirten Sententz zu belaſſen ſeye, als wir hiermit reſpective reformiren und belaſſen; die bey dieſem Kayſerlichen Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffene Gerichts-Koſten aus bewegenden Urſachen gegen einander compenſirend und vergleichend.

## OBSERVATIO XLV.

*Propter Tranſactionem in ipſa executione initam non ceſſat Proceſſus executivus, ſi de contraventionibus querelæ moventur, etſi circa illas dubia adhuc ſupereſſent.*

Pone Mandatum S. C. de adimplendo Tranſactionem decretum, Paritoriamque latam fuiſſe, imo Mandatum de exequendo emanaſſe, in ipſa verò Executione ſub authoritate Executorum Tranſactionem Clauſulis executivis munitam iniri, eandemque non adimpleri. Pars impetrans certè beneficio Proceſſus executivi ſemel quæſito ſine facto ſuo privari nequit. Pro tali verò habenda non eſt inita Tranſactio nova, ſiquidem ex ea voluntatem beneficio iſti renunciandi colligere non licet. Revera igitur ſuſpenſa tantum eſt Executio, reviviſceretque, niſi dubia adhuc circa Contraventiones ſupereſſent.

Sum-

Summariè igitur hæc ſunt diſcutienda, Mandatum S. C. de adimplendo Tranſactionem velut in caſu dato novam decernendo, inque Replicis ſubſiſtendo, præcluſa via Proceſſus Ordinarii, in quam cauſa deflecteret, ſi Duplicæ admitterentur.

Fac enim porrò, debita ex iſta Tranſactione eſſe liquida, quantùm verò illiquidum; hoc ſanè Proceſſui executivo remoram non objicit, ſed ad liquidationem, quæ adhuc ſalva manet, remittendum.

Quamobrem in Sachen Rödelheim contra Rödelheim, Mandati de adimplendo Tranſactionem de Anno 1725. denegato Termino ad duplicandum, Paritoria plenâ cum condemnatione in Expenſas d. 14. Novembris 1755. publicata.

## OBSERVATIO XLVI.

### *Utrum id, quod Liberi primi Matrimonii avocant à Noverca vel Vitrico, imputare debeant in Legitimam debitam ex Bonis Parentis?*

Dubiam eſſe hanc quæſtionem, non diffitendum, præſertim cum Lex *Hac Edictali. 6. Cod. de Secund. Nupt.* eam non diſertis verbis definiat. In partes iviſſe Doctores ſuper hac quæſtione, jam obſervavit FACHINÆUS *in Controverſiar. Lib. III. cap. 70.* ubi more ſolito larga manu hanc controverſiam pertractavit, tandem excuſſis rationibus in utramque partem allatis, pro Filia, ut ſcilicet legitimam ante omnia prælibare poſſit, pronuncians.

Scilicet ſtatum controverſiæ per quæſtionem ſequentem optimè format,

> Utrum id, quod Filii primi Matrimonii avocant à Noverca vel vitrico, imputare debeant in legitimam debitam ex bonis Parentis?

& non imputandum eſſe ſtrenuè defendit, hac potiſſimum ratione motus, *quod nimirum ea nunquam imputentur in legitimam, quæ licet ex ſubſtantia Patris procedant, adventitio tamen quodam jure acquiruntur, veluti ex jure accreſcendi, ex ſubſtitutione & ſimilibus*, uti habetur in *L. 36. Cod. de inoffic. Teſtam. verſ. Repletiorem.* Jam verò ſubſumit FACHINÆUS: hoc autem lucrum (quod ſcilicet avocant Filii à Vitrico vel Noverca)

extrinſecus advenire videtur Filiis ex eo, quod Parens ad ſecundas Nuptias tranſierit: Ergo non directo à Parente vel beneficio ejus, ſed potius contra voluntatem ejus. Addit deinde hanc rationem, diverſo Jure deberi Filiis prioris Matrimonii hæc duo lucra; legitimam quidem cum ſint Filii; quod autem avocarent à Vitrico vel Noverca, illud habere ex Lege ita diſponente propter tranſitum Parentis ad ſecundas Nuptias.

Ut huic Sententiæ ſubſcribamus, non ſolum rationes à FACHINÆO allatæ, ſed & porrò ſequentes ſuadent.

Ponamus lucrum iſtud Liberorum primi Matrimonii ex Lege *Hac Edictali* imputandum eſſe. Nil profecto novi Lege hac ſtatutum eſſet. Antea enim jam expediti Juris erat, illa, quæ Teſtamento relinquuntur, utut non conferantur, in Legitimam tamen imputanda eſſe, inque illis falli Regulam: *Quæcunque conferuntur, illa in Legitimam imputantur* (*a*). Jam verò ipſe à SOMMERN (*b*) hac in materia diſſentiens, concedit, Lege *Hac Edictali* novi quid ſtatutum fuiſſe. Putat quidem antea Legitimam, & nunquam plus peti per Liberos potuiſſe, jam verò eosdem non tantum Legitimam ſed etiam ſuperfluum ſupra Legitimam avocare, ſi Novercæ quid immoderatè relictum fuerit.

Aſt enim verò remanet adhuc quæſtio, utrum illud ſuperfluum Legitimæ imputandum ſit, vi Legis *Hac Edictali*. Si hoc, Lex iſta nil novi ſtatuit, utique autem ſi non imputandum: *quia alias imputantur Legitimæ ex ſubſtantia defuncti profecta, & vel Teſtamento relicta:* à qua Regula dicta Lege Exceptio quoad lucrum Liberorum primi Thori, vi ejusdem à Noverca vel Vitrico avocandum, ſtatuta.

§. 1.

Porrò ipſe à SOMMERN haud diffitetur, antea licuiſſe in ſecundum Conjugem Bona omnia transferre, dummodo Liberorum Legitima ſalvaretur, illud autem ſi nunc foret, non ſubſiſtere ſed infirmari. Quid verò inde ſequitur, quam quod B. DE LEYSER (*c*) jam obſervavit, conſtringi per Legem *Hac Edictali* Libertatem teſtandi, atque de rebus ſuis pro lubitu diſpo-

(*a*) vid. STRYCK. ad LAUTERBACH. *Lib. V. Tom. II. ad verb. adventitia.*
(*b*) *de Jure Novercarum Cap. XI. pag. 179.*
(*c*) *Meditat. ad Pandect. Specim.* CCC. *Meditat. VIII. IX.*

diſponendi? Enim verò Facultas teſtandi atque pro lubitu diſponendi non intelligitur, niſi de Bonis ultra Legitimam. Ergò Legitima antea detrahenda, quam Maſſa Bonorum de quibus facultas teſtandi vel diſponendi licet reſtricta competat, conſtituatur, & lucra ex dicta Lege computentur. Cujus Sententiæ quoque b. de LEYSER eſt, conſentiente B. à LYNCKER (*d*).

§. 2.

Nec ſequitur, quod abſurdum cenſet à SOMMERN, ſi Legitima ante detrahenda, ſemper fore minorem portionem Novercæ, quam Liberorum, cum tamen Lex etiam permittat æqualiter dividere. Utique id permittit, ſed in Bonis ultra Legitimam? Ergo detracta ante Legitima.

Nil enim verius eſt, etſi id negare videatur à SOMMERN, quam antiquam Legem de conſervanda Legitima Lege *Hac Edictali* non eſſe ſublatam, ſed potius ſuppletam, ſeu ulterius extenſam, minimè verò confuſam.

§. 3.

Ac proin firmo nititur talo argumentum, à diverſitate utriusque remedii pro hac Sententia afferri ſolitum. Nec vim illius infringit, quod B. à SOMMERN neget, in vindictam ac odium ſecundarum Nuptiarum hanc fieri detractionem. Ponamus Liberorum priorum favorem cauſam dediſſe conſtitutioni. Profecto hic illud tritum locum habet: favores ampliandi non reſtringendi ſunt. Sed verò imputando lucrum Liberorum iſtorum ex Lege *Hac Edictali*, favor reſtringitur, è contrario autem ampliatur non imputando, ſed prius detrahendo Legitimam.

Fruſtra igitur hisce diſtinctionibus non inhæremus, cum Lex easdem agnoſcat, nec ſimpliciter loquatur, verbis: *Ita tamen, ut quarta pars, quæ iisdem Liberis debetur ex Legibus, nullo modo minuatur, niſi ex his cauſis, quæ de inofficioſo excludunt querelam.* Cum Lex magna cum ſollicitudine diminutioni Legitimæ ſeſe opponat, tantum abeſt, ut contraria eſſet detractioni, ut potius eidem faveat. Quin propemodum otioſa forent adducta Legis verba, niſi de detractione Legitimæ intelligerentur.

 Quibus

(*d*) *Reſponſ. Tom. I. Reſponſ. 109. num. 45.*

Quibus principiis ſequens innititur Sententia d. 14. Novembris 1755. publicata :

In cauſa Comitis de Wolckenſtein Uxorio nomine contra Comitem de Albertis, Appellationis : Perpenſis utrinque allegatis dicimus & pronunciamus, à Judice prioris Inſtantiæ malè judicatum, benè appellatum, unde ejus Sententiam ſequentem in modum reformandam : Primò quicquid à Patre aut Fratre Uxoris Appellantis ad Uxorem Appellati devenit (niſi hic oſtendat, vi Tranſacti aut Sententiæ in judicatam prolapſæ ejus Uxorem de aliquo eorum diſponere potuiſſe) poſt illius mortem, cum intereſſe & fructibus dictæ Uxori Appellantis tribuendum, 2dò. huic pariter Legitimam una cum intereſſe & fructibus, tanquam præcipuum, concedendam ; omne id verò 3tiò., quod his deductis in hæreditate Matris reſtabit, inter ejus Filiam, & Vitricum æqualiter dividendum, aut in pretio refundendum; quoad Mobilia autem 4tò. eorum reſtitutionem eſſe faciendam, quorum reſtitutio aut remiſſio legitimè facta probata non fuerit ; & tum denique 5tò. Cenſum ultimi Anni pro rata temporis inter Filiam & Vitricum quoque æqualiter (niſi hic probet, hunc jam vivente conjuge ad ſe ſpectaſſe) eſſe dividendum. Prout ita reformamus, dicimus & pronunciamus, Expenſas deſuper in Camera hac Imperiali cauſatas ex rationibus ad id nos moventibus compenſantes ; annexis Executorialibus conſuetis contra utrumque.

## OBSERVATIO XLVII.

### *De Juriſdictione, quam Curiæ Clientelares in præjudicium Supremorum Imperii Tribunalium ſibi aſſerunt.*

§. 1.

SUnt qui putant, Cauſas Gravaminum à Subditis ſuper Sævitia vel duritie operarum contra Dominos Territoriales, qui Vaſalli quidem minimè verò Subditi ſunt, motorum, feudales eſſe. Sed graviter errant.

Eæ utique dicendæ ſunt Cauſæ feudales, de quibus agit *Artic. 21. Capitulat. Noviſſ.* At verò is de iſtiusmodi tantum Cauſis agit, quæ Juriſdictioni Feudali ſubjectæ ſunt ; conſequenter etiam nonniſi eæ dicendæ ſunt Cauſæ feudales. Sic

verò

verò recurrit quæſtio, an cauſa, quæ Jurisdictionem Territorialem concernit, Jurisdictioni Feudali Curiarum Clientelarium Germaniæ ſubjecta ſit? Quod omninò implicat, ſi diverſa à ſeinvicem diſtinguere, nec confundere velis. Quemadmodum enim aliud Dominium directum, aliud Superioritas Territorialis; ita alia Jurisdictio feudalis, alia territorialis eſt. Illa Contractui Feudali innititur, hæc verò minime. Rectè proin *Comes Neowidanus* in Cauſa tali contra Subditos ſuos: Der Lehens-Herr könne ſich keiner Richterlichen Erkänntnüs in Beſchwehrden derer Unterthanen gegen ihre Landes-Herrſchafft anmaßen; das gehöre vor die höchſte Reichs-Gerichte; es wäre allen Reichs-Ständen hieran gelegen, *NB. anerwogen ſonſten auf dieſe Weiſe ſich die Lehen-Herren einer Landes-Herrlichen Bottmäßigkeit anmaßen dörfften.* Conferri hic debet vorläuffige Information, welchergeſtalt Jhro Churfürſtliche Durchlaucht zu Pfaltz ſich keiner Feudal-Cognition in der zum Theil Lehenbaren Grafſchafft Wied zwiſchen Herrn und Unterthanen anzunehmen befugt ſeye, dieſe hingegen aus bloßer Verwegenheit, und zu Verachtung der Litispendentiæ Cameralis ein anderes Forum zu Verdeckung ihrer Rebelliſchen Intention nachgeſuchet, und ſich de facto widerſetzen. In Camera hac in cauſa d. 24. Julii 1743. Mandatum S. C. decretum de non turbando in poſſeſſione vel quaſi Juris Territorialis vel Immedietatis Imperii, caſſando Proceſſum Feloniæ incompetenter intentatum, neque ulterius Subditos Territorio adſtrictos, nec evocando cauſas in Camera Imperiali pendentes, ſed ordinaria via Juris procedendo, cum extenſione de avocando Commiſſarios. Quod arctius quoque inſequebatur.

§. 2.

Sed inſtant, iſtiusmodi cauſas deteriorationem Feudi concernere. Falſiſſimum autem eſt, quamcunque cauſam, quæ deteriorationem Feudi concernit, feudalem eſſe. Si enim deterioratio illa prætenſa ab abuſu Jurisdictionis Territorialis provenit, ad hunc unice reſpiciendum: quippe quo ſublato deterioratio Feudi ſimul ceſſat. Quæſtio eſt de abuſu Jurisdictionis Territorialis in Feudo. Perinde verò eſt, ſive illum in hoc ſive in conſideres. Neque differentia objecti allodio in quo occurrit, & corrigendus eſt, attendenda venit. In

Feudo

Feudo æque minus ac in allodio Jurisdictio Territorialis à Domino Feudi, ſed cum tota Superioritate Territoriali à Cæſare & Imperio dependet; conſequenter etiam non niſi eorum Judiciorum cognitioni & correctioni ſubjacet, per quæ Cæſaris & Imperii Jurisdictio diſpenſatur & adminiſtratur, quæ ſunt Suprema Imperii Tribunalia.

§. 3.

Neque Forum feudale Statuum intervertitur, prout allegato Articulo Capitulationis præcaveri debuit, cauſas, quæ feudales non ſunt, eidem detrahendo. In cauſis verè feudalibus beneficio primæ Inſtantiæ Summa Imperii Tribunalia Status non privare, luculenter oſtendit quoad Judicium Imperiale Aulicum, cauſa **von Virmond Graf** contra **die zur Landgrafſchafft Heſſen verordnete Fürſtliche Regierung und Lehen-Hof.** Exhibitis enim à parte Haſſiaca Exceptionibus Litis pendentis, nec non beneficii primæ Inſtantiæ ſeu Fori non competentis, **an ſtatt des abgeforderten allerunterthänigſten Berichts, mit Bitte,** pro clementiſſimè remittendo Appellantem ad Curiam feudalem, utpote Forum competens, ſeu primam Inſtantiam, partique Appellanti, **zu Beybringung ſeiner Gegen-Nothdurfft,** communicatis cauſa dubio procul remiſſa fuiſſet, niſi mors Comitis liti finem impoſuiſſet.

§. 4.

Nec ſequitur: intereſt Domini Feudi directi, ne Feudum deterioretur; Ergo ipſi ſuper puncto deteriorationis competit Jurisdictio. Plus ipſi hoc in caſu competere nequit, quam ut inquirat, num revera Feudum deterioratum ſit nec ne, ipſam verò correctionem Supremis Imperii Tribunalibus relinquere tenetur. Quodque in ſpecie cauſa prætenſæ deteriorationis Feudi & Sævitiæ civilis nec feudalis conſequenter Supremorum Imperii Tribunalium Jurisdictio in eadem fundata ſit; agnovit Potentiſſimus Rex Boruſſiæ in cauſa ſequente Mylendonckiana. Minime Majeſtas Regia in ea, ita qualificata, ſibi tribuit Jurisdictionem, ſed illam, quæ Supremis Imperii Tribunalibus competit, ſalvam reliquit, Subditis mediante interventione aſſiſtendo, tentata prius amicabili compoſitione, ejusque gratia Commiſſariis ad inquirendum in Feudi deteriorationem jactitatam conſtitutis. Reſolutio Regia eo dignior notatu

eſt,

eſt, quia poſt *Capitulationum CAROLI VII. & FRANCISCI I.* Sanctiones hac de Materia emanavit:

Demnach Seiner Königlichen Majeſtät in Preußen ꝛc. Unſerem allergnädigſten Herrn der von Deutecom, wegen derer von denen Unterthanen der dem ꝛc. von Mylendonck zugehörigen von Höchſtgedachter Seiner Königlichen Majeſtät zu Lehen gehenden Herrlichkeit Hörſtgen, wider denſelben angebrachten Beſchwehrden, unterm 8ten letztverwichenen Monaths ſeinen Commiſſariſchen Bericht allerunterthänigſt abgeſtattet hat, ſo erhellet daraus ſowohl, als aus denen bey der Unterſuchung aufgenommenen- und von dem von Deutecom mit eingeſchickten Protocollis, auf was vor unbarmhertzige Art bemeldter von Mylendonck mit ſothanen ſeinen Unterthanen umgegangen, wie er ihnen neue Onera aufgeleget, und in denen geringſten Sachen enorme Strafe dictiret, ſelbige biß auf das Blut ausgeſogen, ihre Güther confiſciret, auch dieſelbe zur Deſperation gebracht, und ſie ſogar aus dem Lande gejaget, folglich das Uns zuſtehende Lehen totaliter ruiniret und verwüſtet habe.

Weil nunmehr Allerhöchſt erwehnte Seine Königliche Majeſtät ſolches nicht mit gleichgültigen Augen anſehen können, ſo wollen Sie den ꝛc. von Mylendonck allergnädigſt erinnert, aber zugleich ernſtlich ermahnet haben, den von dem von Deutecom vorgeſchlagenen billigen Vergleich zu acceptiren, oder die Unterthanen biß die Sache bey dem Reichs-Cammer-Gericht ausgemacht worden, mit allen neuerlichen Auflagen und Strafen zu verſchonen. Seiner Königlichen Majeſtät Intention gehet gar nicht dahin, ſich eine Jurisdiction über das Guth Hörſtgen anzumaßen, vielweniger denen Reichs-Gerichten Eintrag zu thun; Es kan aber Deroſelben als Lehen-Herrn nicht verdacht werden, zu unterſuchen, ob es wahr ſeye, daß das Lehen ruiniret, und die Unterthanen aus dem Land gejaget worden. Da ſich nun ſolches offenbar gefunden; So werden vor der Hand Seine Königliche Majeſtät, als Lehen-Herr cauſam communem mit denen Unterthanen machen, und dieſelbe interveniendo bey dem Reichs-Cammer-Gerichte vertretten laſſen, wie Sie dann in der Abſicht Dero Meurſiſchen Regierung bereits aufgegeben haben, daß, wann er mit dergleichen Exactionen und Gewaltthätigkeiten gegen die Unterthanen zu Hörſtgen continuiren werde, der dortige Fiſcal mit ſolchen

Unterthanen ſo fort an mehrgedachtes Reichs-Cammer-Gericht provociren, auch erwehnte Regierung allenfalls dieſe Unterthanen pendente Lite durch Real-Aſſiſtentz ſchützen ſolle. Im übrigen reſerviren ſich Seine Königliche Majeſtät die Privations-Klage gegen ihn in Curia Feudali anſtellen zu laſſen, maßen ihm nicht unbekandt ſeye, daß der Vaſallus, wann er das Lehen ruiniret, eine wahre Feloniam begehe: wornach er ſich alſo zu achten hat, wie dann Seine Königliche Majeſtät deſſen Erklärung, wegen Annehmung obangeführten Vergleichs, binnen 4. Wochen erwarten wollen, indeſſen aber des ſich zur Ungebühr angemaſten Tituls von Herren zu Hüls ſich zu enthalten. Berlin den 19ten Maji 1749.

*Reſolutio* vor den Oberſten Frey-
herrn von Mylendonck.

§. 5.

In cujus conformitate ſequentes dicta in cauſa publicatæ Sententiæ:

*Sentent. d. 28. Martii 1753.*

In Sachen Weyland Gotthard Freyherrn von Mylendonck, jetzo deſſen hinterlaſſener Wittib, Klägern eines, wider ſämtliche Eingeſeſſene der Herrlichkeit Hörſtgen, Beklagte andern Theils, Mandati Caſſatorii, Inhibitorii & Reſtitutorii Sine-de non contraveniendo inveteratæ obſervantiæ, ſed præſtando debita ſervitia vero C. C. Iſt Dr. Ruland ſein der Declaration pœnæ & Mandati arctioris, wie auch de manutenendo halber beſchehen Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern Lt. Gondela ohnerheblichen Einwendens ohngehindert, glaubliche Anzeig zu thun, daß dem ausgangen-verkündt-und reproducirten Kayſerlichen Mandato alles ſeines Inhalts; Insbeſondere

1mò.) Mittels Leiſtung der in dem Vergleich vom 7ten Septembris 1749. (welcher von Amts wegen hiermit beſtättiget wird) benannten, wie auch eingeklagten, und auſſer dem hergebrachten Dienſt;

2dò.) Daß dieſelbe die, occaſione der von ihnen impetrirten gütlicher Vergleichs-Commiſſion aufgeloffene Koſten, aus ihren eigenen Mitteln, nicht aber aus der Schatzung abführen, ſo fort

3tiò.) Inskünfftig jederzeit der Herrſchafft drey Subjecta, damit dieſelbe einen neuen Bauer-Meiſter daraus erwählen, vorſchlagen;

4tò.) Den

4tò.) Den Zoll, auch alle ihr ſchuldige Pfächte und andere Abgaben, mit Vorbehalt der von einem jeden ins beſondere gehörigen Orts ein- und auszuführenden Klage, falls ſie ſich beſchwehret erachten ſollten, entrichten;

5tò.) Die zum Acker-Bau durch Kranckheit unvermögend gemachte Hand zur Gewinnung der Herrſchafft wider Willen, nicht aufdringen;

6tò.) Bey denen Gewinnungen der Leib-Gewinß-Güther den Gold-Gulden zu 3. Rthlr. 22½. Stüber Cleviſch, Inhalts Atteſtati des Müntz-Waradeins [88.] abtragen;

7timò.) Keine eigenwillige Zeugnüſſe wider ihre Herrſchafft ablegen;

8vò.) Die eigenmächtig weggenommene Ländereyen, und andere Spolia entweder in natura, oder ihrem wahren Werth nach, reſtituiren, gehorſamlich gelebet ſeye, und noch ferners gelebet werden wolle, Zeit Zwey Monathen, pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angeſetzet, mit dem Anhang, wo ſie deme alſo nicht nachkommen werden, daß ſeine Principalen jetzt als dann, und dann als jetzt, in die Pœn berührtem Mandat einverleibet, hiermit erkläret, fernere Proceſs auch erkannt ſeyn, und der Real-Execution halber auf Gegentheils Anruffen ergehen ſolle, was Recht iſt; die ermeldte Beklagte die Gerichts-Koſten derentwegen aufgelauffen, der Klägerin nach Rechtlicher Ermäßigung zu entrichten und zu bezahlen fällig ertheilend.

Dann iſt gegen diejenige, welche ſich die, in Rechten verpœnte Selbſt-Hülffe zu Schulden kommen laſſen, ingleichen die ad exequendum befehligte Rotte ihrer Widerſetzlichkeit und Ungehorſams halber die Fiſcaliſche Strafe einer Marck Löthigen Golds zu entrichten, hiermit vorbehalten, mit der Verwarnung, daß wo ſie hinfüro nicht ihrer Herrſchafft in Ge- und Verbott ſchuldigen Gehorſam leiſten, noch ſtrafbarer That-Handlungen, Rottirens und Empörungen ſich enthalten, mit weit ſchärfferer Ahndung gegen ſie verfahren werden ſolle.

Dahingegen Klägerin, daß ſie die Beklagte, wegen der ihnen angeblich mit Gewalt entzogenen Ländereyen, wie auch gemachten Gegen-Forderungen, auf ferneres Anſuchen das Rechtliche Gehör nicht verſagen, und des Endes die Extracte aus denen Leibs-Gewinnß-Büchern gegen die Gebühr communiciren,

ſo dann cauſis inſtructis die Acta ad impartiales auf der Partheyen Begehren zum Spruch Rechtens tranſmittiren, weniger nicht in cauſis privatorum keine einſeitige Decreta ergehen, ſondern denenſelben ihren vollkommenen Rechts-Lauff laſſen, hiernächſt die Protocolla und Acta, wie herkömmlich, aufbehalten werden, ernſtlich angewieſen wird.

*Sentent. d. 20. Junii 1753.*

In Sachen Weyland Gotthard Freyherrn von Mylendonck, jetzo deſſen hinterlaſſener Wittib, wider ſämtliche Eingeſeſſene der Herrlichkeit Hörſtgen, deciſi Mandati Caſſatorii, Inhibitorii & Reſtitutorii Sine - de non contraveniendo inveteratæ obſervantiæ, ſed præſtando debita ſervitia vero C. C. Iſt Dr. Ruland ſein des Mandati de exequendo halber beſchehen Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern Lt. Gondela nichtigen und frevelhafften Paritions-Anzeig ohngehindert, glaubliche Anzeig zu thun, daß dem ausgangen- verkündt- und reproducirten Kayſerlichen Mandat, und der darauf am 28ten Martii jungſthin eröffneten Paritori-Urthel gehorſamlich gelebet ſeye, zu allem Ueberfluß annoch Zeit ein Monath, pro Termino & Prorogatione von Amtswegen angeſetzet, mit dem Anhang, wo er deme alſo nicht nachkommen wird, daß ſeine Principalen nicht allein in die berührtem Mandat einverleibte Pœn, ſondern auch in eine weitere Strafe von Fünffzehen Marck Löthigen Goldes fällig ertheilet ſeyn, und das Mandatum de Exequendo ſowohl in der Haupt-Sache, als auch wegen vorgedachter Strafe, ohne weiteres Anruffen aus der Cantzley verabfolget werden ſolle.

§. 6.

Concordant cum hiſce ſequentes Patentes Cæſareæ & Concluſum Judic. Imper. Aul.

*Martis, 17. Novembris 1750.*

Reichs-Ritterſchafft Mittel-Rheiniſchen Creyßes, dieſſeits Rheins in der Wetterau und zugehörigen Orten contra den Fürſtlich-Naſſau-Saarbrückiſchen Lehen-Hof zu Weilburg, und die Freyherrlich-Bettendorffiſchen Unterthanen zu Falckenſtein, in puncto Recurſus ad Curiam Feudalem, ſivè Hauptmann, Räthe und Ausſchuß gedachter Reichs-Ritterſchafft, ſub præſentato 27. Auguſti a. c. übergibt allerunterthänigſte Anzeige und Bitte: pro clementiſſimè decernendo Mandato S. C. ſive Reſcripto Caſſa-

Caſſatorio, Inhibitorio, & Dehortatorio ſub pœna Privilegiis Cæſareis inſerta reſpectivè cum Citatione ſolita, ut & Patentibus & ordinatione ulteriori. Appon. N. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. in duplo.

1mò. Ponatur der Reichs-Ritterſchafft am Mittel-Rhein in der Wetterau, ſub præſentato 27. Auguſti nuperi erſtatteter allergehorſamſter Bericht ad Acta.

2dò. Mit Caſſirung deſſen, was der Fürſtlich-Naſſau-Saarbrückiſche Lehen-Hof zu Weilburg in dieſer Sache verfüget, reſcribatur eidem: Ihro Kayſerliche Majeſtät ſeye von der unmittelbaren Reichs-Ritterſchafft am mittlern Rhein-Strohm in der Wetterau die ſchuldigſte Anzeige geſchehen, welcher geſtalt die denen Freyherren von Bettendorff zugehörige, beſagter Ritterſchafft aber Steuerbare Unterthanen zu Falckenſtein, wegen ſtrittiger Frohn und Dienſten ſich an den Lehen-Hof gewendet: Dieſer auch kein Bedencken getragen habe, ſofort an ermeldten Freyherrn von Bettendorff, Citation ergehen zu laſſen. Wie nun ihm dem Lehen-Hof in dieſer cauſa merè civili keine Gerichtsbarkeit zuſtehe, ſo hätten Ihro Kayſerliche Majeſtät deſſen ſämtliches Verfahren unterm heutigen dato allergerechteſt caſſiret, und habe derſelbe ſowohl in dieſem als andern dergleichen Fällen ſich aller Cognition und Beeinträchtigung der Ritterſchafftlichen Jurium ſub pœna Privilegiis inſerta gäntzlich zu enthalten, auch wie ſie dem allergehorſamſt nachzukommen gemeynet, in Zeit zweyer Monathen allerunterthänigſt anzuzeigen.

3tiò. Fiant Patentes an die Freyherrlich-Bettendorffiſche Unterthanen zu Falckenſtein ſich in dieſer an den Lehen-Hof keinesweges gehörigen Streit-Sache, alles Recurſus dahin, bey Vermeydung Kayſerlicher allerhöchſter Ungnade, und bey Strafe zwey Marck Silbers, von einem jeden ins beſondere einzubringen, zu enthalten.

4tò. Hæcque notificentur der Freyen Reichs-Ritterſchafft am Mittel-Rhein in der Wetterau per Reſcriptum um ſich darnach allergehorſamſt zu achten.

J. J. Hayeck von Waldſtätten.

### Kayſerliches offenes *Patent*, wegen verbottenen *Recurſus in cauſis Civilibus* an die Lehen-Höfe, oder auch Chur- und Fürſten und andere Stände des Reichs Höf- und Gerichte.

WIr CARL der Sechſte ꝛc. ꝛc. Fügen denen Unſerer und des Reichs geſammten unmittelbaren Ritterſchafft am Rhein-Strohm in der Wetterau und zugehörigen Orten Mit-Gliedern, auch Beyſitzern dergleichen Güthern zugehörigen Unterthanen insgeſammt und jedwederen derſelben ins beſonder, welchem dieſer Unſer offener Kayſerlicher Brief, oder deſſen beglaubte Abſchrifft, Dero Wir eben die Krafft, als dem Original ſelbſten zugeſtellet, wiſſen wollen, vorkommet, hiermit zu wiſſen, wie daß Wir eine geraume Zeit hero höchſt-mißfällig vernommen, was maßen nicht allein die Unterthanen derer Ritterſchafftlichen Mit-Gliedern ihre Herrſchafft, und dieſe hinwieder jene auſſer denen Lehens-Strittigkeiten, in cauſis merè Civilibus, und da weder zwiſchen denen Con-Vaſallis, noch auch de re & facto Feudali gehandelt wird, vor denen Lehen-Höfen, oder auch Chur- und Fürſten und anderer Ständen des Reichs-Höf- und Gerichten in Anſpruch nehmen, die nicht weniger daſelbſt ſtehen, und ſich einlaſſen ſolle. Wie nun dieſes Unternehmen zur unverantwortlichen Schmälerung Unſer allerhöchſten Kayſerlichen Jurisdiction gereichet, auch denen Ritterſchafftlichen Privilegiis und Ritter-Ordnung Schnur-ſtracks zuwider lauffet, und Wir ſolch ungeziemenden Recurſum in keine Weiß noch Weeg geſtatten können noch wollen;

Als ergehet Unſer ernſtlicher Kayſerlicher Befehl an euch Eingangs gedachter Unſerer und des Reichs Rheiniſch- und Wetterauiſchen Ritterſchafftlichen Unterthanen, in Krafft dieſes, daß ihr ſammt und ſonders, bey Vermeydung nachdrücklicher Geld- und Gefängnüß- und nach Befindung Leibes-Straf, eure Herrſchafft in denen wider ſie etwa habenden Beſchwehrden vor die Lehen-Höfe, oder Chur- und Fürſten, oder anderer Ständen des Reichs Höf- und Gerichter nicht ziehet, noch auch, da ihr von eueren Herrſchafften daſelbſten belanget würdet, euch einlaſſet, ſondern vielmehr in beyden Fällen, obbemeldter Ritter-Ordnung *part. 1. tit. 12.* gemäß, ſolches bey der Ritterſchafft zu gůt- oder rechtlichen Abhelffung anbringet, und endlich bedürffenden Falls eueren Recurs an Unſere allerhöchſte Kayſerliche Reichs-Gerichte nehmet.

Welchem

Welchem ihr gehorſamlich nachzukommen, und vor obberührten Strafen euch zu hüten wiſſen werdet. Geben in Unſerer Stadt Wien den ſiebenten Septembris Anno 1719. ꝛc. ꝛc.

§. 7.

Et pone Jus præſentandi feudum eſſe; nil profecto verius eſt, quam quod præſentatio ipſa fructus feudi, adeoque allodialis ſit. Quemadmodum igitur cauſa eandem concernens feudalis non eſt; ita quoque in genere cauſa, in qua de re vel facto feudali non agitur, civilis eſt. Eandemque adeo ſi Suprema Imperii Tribunalia ſibi vindicant, Capitulationis Cæſareæ Articulo 21. §. 1. non contrariantur, ſed potius illi convenienter agunt, cauſas mere civiles Jurisdictioni feudali non ſubjiciendo. Nam Jurisdictione feudali Curiarum Clientelarium Capitulatione ſtabilita, Jurisdictio Territorialis non ſublata; ſed illa ita exercenda eſt, ut hæc una ſubſiſtere queat, quod fieri nequit, ſi illa ad quascunque cauſas extenditur, quarum objectum eſt feudum: cum idem etiam Jurisdictionis Territorialis ſit objectum, quæ tamen in feudo quoque illibata manere debet, niſi nexus feudalis cum Imperio diſſolvatur, Jusque ex eo quæſitum auferatur.

## OBSERVATIO XLVIII.

*Parochiani tranſportare tenentur Parochum una cum Familia, & ſupellectili, etſi is intermiſtice tantum, pendente ſuper poſſeſſione & Jure electionis lite, conſtitutus ſit.*

QUemadmodum onera Parochianorum in genere juxta BRUNNEMANNUM *(a)* ex veteri conſuetudine dijudicanda ſunt; ita ad præſtationes Parœcianorum, de quibus HORNIUS peculiarem ſcripſit Diſſertationem, in ſpecie, univerſali fere Germaniæ conſuetudine tranſportatio iſta pertinet.

*Et nonne* inquit CARPZOVIUS (*b*) *cauſa agitur Parochianorum, quando iis Paſtor ceu Cuſtos Animarum adducitur, ut hinc*

(*a*) *Jure Eccleſ.* 2. 2. *a.* 8.
(*b*) *Jurisprud. Conſiſt. Lib.* 1. *Tit.* 4. *def.* 58.

*hinc expenſis vecturæ neutiquam ſe eximere debeant, quia regulariter ſumtus ab iis exiguntur, quorum gratia actus celebratur.* Quæ ratio in relatione Parochi ad Parochianos fundata quoque obtinet, etſi Parochus interimiſticè tantum pendente ſuper jure vel poſſeſſione electionis lite, conſtitutus ſit. Hinc in Sachen Sayn-Hachenburgiſcher Vormundſchafft contra das Kirchſpiel Neuenkirchen, Mandati de non turbando in poſſeſſione electionis Parochi S. C. die 14. Novembr. 1755. Decretum:

Iſt denen geſammten Kirchſpiels Leuten zu Neuenkirchen, daß ſie den Pfarrer Kunckel und ſeine Familie, auch Effecten von Schöneberg, mittels in dem Herrſchafftlichen Reſcript ſub Num. 45. beſtimmten Fuhren ohnverzüglich abholen, wie nicht weniger mehrberegtem Pfarrer das gebührende Holtz und all übrige ſchuldige Pfarr-Gefälle und Accidentien, denen ergangenen Kayſerlichen Mandaten und Verordnungen zufolge, ohnweigerlich reichen, auch aller Gewaltthaten und Widerſetzlichkeiten, bis zum Austrag der Sache, ſich enthalten ſollen, bey Straf 5. Marck Löthigen Goldes hiermit anbefohlen.

Quod præceſſerat ſequens die 13. Maji 1755. Abgeſchlagen, und mag Supplicant die zu Behauptung des ſeinen Principalen zuſtehenden Rechts einen Pfarrer zu wählen hierin angeführte Gründe judicialiter vorbringen, wo inzwiſchen gedachte ſeine Principalen bis zu dieſer Sache gerichtlichen Entſcheidung aller ungebührlichen Oppoſition wider die ab Seiten Gräflich-Hachenburgiſcher Vormundſchafft vorhabende Beſtellung eines anderweiten Pfarrers ſich zu enthalten ernſtlich erinnert werden, mit dem Anhang jedoch, daß ſelbige ihren allenfalls habenden Rechten ohne Nachtheil ſeyn ſolle.

Inſequebatur d. 9. April. 1756. Decretum: Iſt die gebettene Extenſio Proviſorii dahin, daß die Gemein-Herrſchafften des Kirchſpiels Neuenkirchen, die zum quæſtionirten Tranſport des Pfarrers Familie und Effecten, auſſer denen vormahls beſtimmten 6. Karrn, etwa weiters erforderliche Fuhren unweigerlich längſtens in der Woche nach bevorſtehenden Oſtern leiſten, unter der vorhin angedroheten Straf anweiſen, und darauf im Säumungs-Fall exequiren ſollen, erkannt.

# OBSERVATIO XLIX.

## *In Caſu quo dubium eſt, num Appellatus an vero appellans in poſſeſſione ſit, pleni Proceſſus Appellationis decernendi non ſunt, ſed inhibitio hactenus tantum deneganda.*

Contra Appellatum poſſidentem inhibitionem decernendam non eſſe, regula notiſſima eſt, (*a*) fundata quoque *in Receſſ. Imper. Noviſſ.* verbis: Die Inhibitiones belangend, ſetzen und ordnen Wir, wenn von einer End-Urtheil, oder vim definitivæ habente appellirt worden, (es habe gleich der Richter à quo der Appellation deferirt oder nicht) daß indiſtinctè die von dem Appellanten gebettene Inhibition erkennt werden ſoll, auſſerhalb der folgenden Fälle, in Poſſeſſorio retinendæ, da der Appellat im Beſitz iſt ꝛc. BLUMIUS (*b*) allegat rationem, quod poſſeſſionem nemo propter interpoſitam appellationem vel contradictionem adverſarii dimittere teneatur. Unde poſſeſſorium humidum quaſi radicale omnium inhibitionum dicitur (*c*).

Hinc Sententia die 20. Decembris 1753. publicata: In Sachen der Gemeind Padberg Appellanten, wider die Gevettere von Padberg Appellaten, Citationis ad videndum ſe reſtitui adverſus omiſſam Actorum requiſitionem & oblationem ad Solennia. Iſt die durch Dr. Hofmann gebettene Reſtitutio in integrum, und darauf Proceſſus, jedoch nur Citatio & Compulſoriales erkannt, mit dem Anhang, daß denen Appellaten pendente lite die Verkohlung des jedesmal Forſtmäßig abzuſtammenden Holtzes unbenommen, ſondern vorbehalten ſeye.

E contrario igitur, ſi appellans in poſſeſſione, idque probabilioribus argumentis docuerit, rectè monet BLUMIUS, & Judici & parti inhiberi poſſe, ne appellantem pendente appellatione in ſua poſſeſſione turbent: cum ille nec hac ante plenariam litis deciſionem privandus, nec in ea turbandus ſit.

Bb Quid

(*a*) KLEIN. *Diſſertat. de Inhibit. Judic. Volum. Diſſertat. pag. 617. cap. III. §. 15.* LYNCKER. *de Gravam. Extrajud. cap. 8. §. 6. num. 6.* & *§. 13. num. 8.* MEV. *Part. 15. Deciſ. 199.* de BEAURIEUX *Diſſertat. de Inhibit. in Cauſis Appellat. §. XVII.*

(*b*) *Tit. 54. §. 10.*

(*c*) CARPZOV. *Part. 3. Deciſ. 225. num. 13.*

Quid ſi verò neque de appellato, neque de appellante conſtet, **daß er in Beſitz ſeye?** Iſto in caſu inhibitionem non ſimpliciter, ſed eouſque donec appellans de poſſeſſione ſua docuerit denegari, rationis & praxeos eſt.

Ita in cauſa Tridentinæ Civitatis & Communitatis Cognolæ contra Comites Saracenos ſervitutem paſcendi & lignandi concernente, ſententia à qua reſpiciebat quidem principaliter petitorium, Judex tamen in Summariiſſimo ſimul reformatoriè pronunciaverat: neque tamen conſtabat an appellans, an verò appellati in poſſeſſione eſſent. Domini itaque ſupponentes Comites Saracenos appellatos hactenus in poſſeſſione extitiſſe, indeque in ea manutenendos eſſe, decreverunt d. 18. Nov. 1755.: Petitam Citationem & Compulſoriales decernimus, inhibitionem *hactenus* denegantes, & fatalia prout petita prorogantes. Quæ formula ab illa, qua inhibitio ſimpliciter denegatur, differt: qualis occurrit in cauſa de Rahier contra de Bodeux, in qua d. 23. Septembris 1755. Decretum: Citationem & Compulſoriales cum Prorogatione Fatalium ad 2. Menſes decernimus, inhibitionem denegantes.

Fruſtra itaque Textus *dict. Receſſ. Imper. de Anno 1594.* nonnullorum ingenia fatigavit, ut per interpunctionem ei conſulere tentaverint: **Nemlich** 1.) in Poſſeſſorio retinendæ, 2.) **da der** Appellat **im Beſitz iſt.** Nam in Poſſeſſorio retinendæ tres ſunt Caſus: 1.) **Da der** Appellat, 2.) **da der** Appellant **in Beſitz iſt, 3.) da es ungewiß iſt, wer im Beſitz iſt.** In primo denegatur inhibitio: in ſecundo decernitur, in tertio hactenus tantum denegatur. Jam verò recenſiti ſolummodo ſunt caſus; in quibus inhibitio ſimpliciter denegatur, is enim in quo hactenus tantum denegatur, ex primo illorum per ſe intelligitur. Ad hæc tamen nota, quia merita poſſeſſionis, ut plurimum ſunt obſcura; idcirco in poſſeſſorio retinendæ poſſeſſionis rarius decerni inhibitionem. (*d*)

OBSER-

(*d*) Vid. TEXTOR. *ad Receſſ. Imper. Noviſſ. Diſputat. XI. theſ. 94.*